



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

INDICÆ  
EXPEDITIONES  
SOCIETATIS IESV.

A CALVMNIIS VINDICATAE.

26.2.18



COLONIAE AGRIPPINÆ. Anno M. DC. LXXXIV.



БІЛГОДІ  
ІМПЕРІАЛЬСЬКИ  
ІМПЕРІАЛЬСКА АО



БІЛГОДІ ІМПЕРІАЛЬСКА АО

# AD LECTOREM.

HVMILIS, AC DEVOTVS

Societatis Iesu Alumnus Doctor

CLAVDIVS VANKESSEL.

**P**RIMA nascentis Societatis Iesu velut  
Herculea incunabula invidiæ ser-  
pentes aggressi sunt, eo obstinati certa-  
minis rabido livore, vt nusquam Iesuitæ  
immaniores experiantur invidiæ morsus,  
quàm vbi clarioribus facinoribus dig-  
niores videntur ad plausum, & proxi-  
miores ad triumphum. Id, vtpotè ipso-  
rum discipulus, & intimus familiaris, ocul-  
latus testis longa experientia didici. At-  
que, vt ego puto, alto Dei consilio ita agi-  
tur cum Iesuitis, ne hi egregij Pauli imi-  
tatores magnitudine facinorum extollan-  
tur, sed humiliter Deo, Ecclesiaque vbi-  
que inservientes, à tot Angelis Sàtanæ  
vbique letiam colaphizentur. Profectò pris-  
cos Saxones appellaveris Iesuitas, ita per-  
secutionum procellis assuetos : Ut iam Sidon.  
exerceant illos naufragia, non terreant; lib. 8.  
epist. 5.

*Et sit eis quadam cum discriminibus pe-  
lagi non notitia solum, sed familiaritas.*

Eccles. 7. *Afsciū my verissimum etiam sic, calum-  
nias conturbare viros quantumvis sa-  
pientes; mirandum sanè est, vires hos sa-  
pientissimos ubique terrarum tot calum-  
nias devorantes, perstare nihilominus  
imperterritos Ecclesiæ Operarios, ut  
Castrorum aciem ordinatissimam ad Hæ-  
reses proterendas, ad Ethnicorum animas  
indefesso labore Christo lucrandas, animo  
semper volventes, quid biberit ad patibu-  
lum, qui ipsos invitat ad prælium. Ad imi-  
tationem Parentis sui, immo & Xaverij,  
non immorit eos appelles Christiani Im-  
perij impigros Propagatores, Apostolos  
Indorum, & Barbarorum, tamen in Orbe  
Orientali, quam in Occiduo, laboribus in-  
hiantes, periculorum avidos, vice prodigios  
milites, docentes, predicantes, baptis-  
zantes ubique, Domino cooperante, &  
sermonem confirmante sequentibus signis.  
Hæc imperturbabile sapientia fructuosa  
sa patientia in se tot calumniarum ambo-  
nes loco ingentis miraculi mihi semper  
haz*

*Marti  
16. 20.*

habita fuit, ita ut isti ipsius (salvare reverentia) aliqua ratione mirari posset, quod Augustinus in Christo in teatrus est. Et crucifigeretur, scribitur. Et irridetur, Et lancea percutitur, Et sepelitur. <sup>et nos</sup> <sup>vissimus.</sup> Omnia per ipsum facta sunt. Quæ non facta sunt per Iesuitas, & si non omnia, tamen in omnibus mundi plagis, Europa, Asia, Africa, & America? Nemo tam cæcus, ut non videat, nemo tam stupidus, ut non plaudat. Et nihilominus Iesuitæ, à quibus minimè debuerant, crucifiguntur, insidentur, lancea percutiuntur, & si fieri possit, sepeliuntur.

Ceterum, cum suffragia mundi nullus emat, solantur quidem Iesuitæ suas calumnias, & persecutio[n]es sinceras bonorum omnium suffragij, spernentes passim sarcinas, & libellos, eoru[s] qui contra iudeam Iurio. sydonis riui solaratione præcedentis orationis inimicos lib. 8. exib. 78. cuncti: quorum offensas nullo indicio maiori cognoscitur, quam sumultate: quarõce p[ro]p[ter]a doc- Dr. Iacobina, Et apostolice Iesuitarum expeditio scilicet ex nobis, non quid corrigan, sed quid mordaciam vissimus. Inter haec unum sane acerbiori dolore torquet Iesuitas, tunc scilicet populorum ani-

animas in Tunquino, Cochinchina, &c.  
Christo per baptismum regeneratas, Christo irreparabili iactura deperdi; tot Ecclesiæ Apostolicis sudoribus eretas deplo-  
randa ruina suffodi, & prosterpi machina-  
mentis illius humanae generis insidiatoris in-  
agro Christi zizania iam olim superse-  
mantis per homines ipsijs fraudibus, & men-  
dacijs armatos, ut integrum non sit Iesuitis  
eorum zizania colligere, & eradicare;

D. Aug. propter similitudinem quamdam huius Gal-  
lib. 2. de lici folij cum tristico Christi. Hæc, inquam,  
serm. D. in monte. tribulatio malè habet Iesuitas, quia cō est  
cap. 12. iplis periculosis, quo sub nomine servitutis  
Dei decipit, lupus nimicu in ovina pelle.  
Quid si reperiantur viri alias doctissimi,  
& piissimi, qui ad illorum castra se levi-  
deantur adiungere, eo tantum nomine,  
quod hostes Iesuitarum consultò agant! Hi  
D. Na. zian. verò utinam sicut linguam volubitem ba-  
Orat. 33. bunt, atque in nobilioribus, & probatoriis  
in principe. verbis infectandis acrem, & vehementem;  
sic etiam in agendo non nihil saltum, aut  
etiam aquæ operam collocarent. Id, quod si fa-  
cerent, minus viri que cavillantes essent.  
-ias

Vi-

Videsis, pccor, narrationem subiunc-  
tam, & miraberis inter Orientales expedi-  
tiones ab his commilitonibus vexatos fuil-  
se Iesuitas, quos Tertullianus suo in sæculo  
indigitabat. De verbi autem administratio. Lib. de  
ne quid dicam? cum hoc sit negotium illis, non Prescrip.  
Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. cap. 16.  
¶ 17.

Hanc magis gloriam captant, si stantibus  
ruinam, non sucentibus levationem operan-  
tur. Quoniam, & ipsum opus eorum non de  
suo adiutorio venit, sed de veritatis destructio-  
ne. Nostra sufficiens, ut sua adificeat. In i-  
qua enim verò Iesuicarum sors. Optimi  
putantur Iesuitæ ad primæ superandas  
difficultates, ad occupandas suo sanguine  
Provincias; ast ad eas iam pacè fruientes  
rotinendas, peñimi iudicantur, & ut tales  
expelluntur.

Histe velim monitum, sumique ut me-  
modatoeidas illud Nazianzeni sapienter  
dictum, ne forte haec Apologiam in frau-  
dum pacis Christianæ existimes calcam, &  
non in veritatis demonstrationem. Nece  
enim ( inquit ) in vera doctrina detrimen-  
sum paci studemus, non nihil de animorum  
con-

contentione remittentes, ut facilitatis, &  
mansuetudinis famam colligamus. Sed  
rursum pacem colimus legitime pugnantes.  
Id quod tibi facilius persuaderes, si Au-  
thorem subiunctæ Apologizæ ex facie no-  
visses, Reverendum P. Antonium Tho-  
masum Belgum Jesuicam, virum sanctum  
probum, ad omnem virtutem egregiorum  
matum, eximio animi candore pollen-  
tem, quem ex solo vultu iam dicas Marty-  
rem, spohre à patris propter Christum cruci-  
torum; in fama, in siti, & in nuditate, max-  
ima, terraque per volantem, ut in Iaponia,  
si superis placeat, sanguinem profundat:  
interim in Imperio Sinico Apostolicis mu-  
neribus distentum, omniaq[ue]a literatae,  
Mathematicis præcipue apprimè ornatum.  
Talis, ac tantus vir, oculatus testis  
eorum, quæ scribit, de cuius veritate al-  
mo, qui noverit, dubitabit, est tibi Author  
huius Apologizæ. Finis demonstratio ve-  
ritatis pro defensione innocentie. Actio-  
ne lege, & aeternam VALE.

APOL

**APOLOGIA SOCIETATIS IESV.  
IN INDIA ORIENTALI  
EVANGELIVM PRÆDICANTIS  
ADVERSVS ACCUSATIONES.**

**ROMÆ FACTAS.**

**I MISSIONARIJS A POSTOLICIS  
S. Congregationis de Propaganda Fide.**

ABORAVERAT Societas in Oriente, discipulis seminando Christi Domini Evangelio, annis amplius centum, secundis admodum certis, & magnis rei Christianae incrementis, numeratis scilicet eodem tempore in Iaponia plusquam trecentis Christianorum millibus, & per versos annos fere centum. Socijs pro fide crudelissime cisis, erexit in Tunquinia mille & educentis partim Ecclesijs, partim Oratorijs, quæ recentis circiter Christianorum millibus à Societate nostra baptizatis serbabantur, seminata latè per Chinam ac Iudechiam. Christi si quando anno huius saeculi sexagesimo primo venerunt Indianam Vicarij Apostolici missi a Sacra Congregatione Propaganda Fide, qui varijs accusationibus Societatem maxime lacerantes, ingentem quam modo experitur temeritatem, excitarunt. Quoniam vero res gravitas postulauit prælio prolixiorum Apologiam scribi, qua acquirendum in partibus nomen Societas tueatur, aliunde vero præsens sanguine innecta labes, præsens quoque remedium postulauit id circa brevi paucorum dierum spatio celeriter ea huc legi, quæ ad inculpatam tutelam serviantur; interim dum gra parabitur defensio, quam quoque è celo pro innocentia oppressa falsis accusationibus non defuturam alii quam

A

quando, speramus. Ne vero minis authentica videantur,  
qua in hac defensione infra protulam, ante omnia Protes-  
tor, me nihil omnino hic proferre, quod vel non ipse me  
viderim, vel audierim; vel saltem a viris fide dignissimis  
acceperim; quibus sane maior fides adhibenda videtur,  
quam quibusdam Notariis Apostolicis, ac testibus contra  
nos prolatis, quorum in his partibus profligatissima cog-  
nita est vita, de qua infra sgo logo agetur.

### *s. I. Relatio ingressus Vicariorum Apostoli- corum in Indiam Orientalem.*

CVM Maxima in Oriente Catholicæ Religionis incre-  
menta cognovisæt Sacra Congregatio ex P. Ale-  
xandro de Rhodes Societatis Iesu, qui Europam missus  
fuerat, petijt à Summo Pontifice anno 1654. vt pro Tunqui-  
no, Cochinchina, alijsque locis viciniis, in quibus fidelium  
numerus notabiliter excrerebat Patrum Societatis opera,  
qui soli in Regnis prædictis versabantur, nomenaret viam  
Patriarcham; aut tres Archiepiscopos, & Episcopos duo-  
decim, qui tantæ novorum Christianorum multitudini  
servirent: ex quo collegi potest, quanto successu labora-  
verat Societas in illis locis, cum regendos ab ea conver-  
sos paveorum annorum spatio, eam Prælatorum multitu-  
dinem necessariam esse iudicarint Eminentissimi Patres,  
quorum postulatione veluti præ clarissimo elogio Missio-  
narij Societatis Iesu commendabaneur: extat autem hæc  
Postulatio Sacra Congregationis facta 7. Augosti, inter  
Constitutiones Apostolicas Parisijs impressas anno 1676.

Annuente vero Summo Pontifice S. Congregationis  
petitioni, anno 1658. Alexander VII. tres Vicarios Apo-  
stolicos Episcopos consecratos in Orientem misit, scilicet  
Franciscum Palli Episcopum Heliopolitanum pro Regno  
Tunquinii, Petrum Lambert Episcopum Berithensem pro  
Cochinchina, & Ignatum Goronetti Episcopum Metello-  
politanum pro Regno Chinensi: qui postremus in itinere  
mortuus est. Anno autem 1662. mense Augusto, itinere  
plerumque terrestri pervenit Tuthiam Petrus Lambert  
Epis-

Episcopus Berithensis, quæ vrbis est Metropolis Regni Siamensis: ibi honorificè, & peramicè exceptus est à Lusitanis, quorum Præfectus eodem die ei Domum in Colonia Lusitana, quæ est extramuros, procuravit, lauteque exceptit. Eum visitarunt illico Patres Societatis, quorum se amicum sincerum tunc profitebatur; & eam ob rem à Præposito Generali litteras commendatitias acceperat. Post hæc in Templo nostro magno honore exceptus fuit, & ad ministrandum Confirmationis Sacramentum, festaque solemnia invitatus venit cum multa in speciem benevolentiae testificatione. Post illa verò plena amicitiae initia, nescio quam alienationem animi Illustrissimus Dominus ostendere cepit adversus Patres Societatis, aliosque pariter Religiosos Lusitanos, idemidem dicens, ab illis non prædicari Christum in India, nec ullum in suo itinere Religiosum Lusitanum invenisse, qui talis nominari mereretur. Hæc & alia multò graviora contra præsertim Misionarios Societatis se ex eius ore audivisse, testatus est mihi Coloniae Lusitanæ in Siamensi Regno Præfector.

Anno deinde 1663. Illustrissimus admodum secretò pactus cum quodam Navarcho Sinensi, ut sua navi deveheretur Cantonem, qui Portus est celeberrimus Regni Sinarum, nemine salutato, clam è Regno Siami discessit; verum adversi venti eum coegerunt post menses quatuor redire Tuthiam. Reducem illico visitarunt Lusitani, atque etiam Patres Societatis in ea domo commorantem, quam leviter cum exiguo facello extruxerat ante suam profectiōnem in agro Cochinchinensium, qui tribus ferè paucis millibus à Colonia Lusitanorum distat. Ibi modò extructum est Seminarium, sive Domus Episcopalis ad fluminis ripam, iuxta quam habitant Christiani circiter trecenti, qui ex Cochinchinensibus, alijsque exteris, ac paucis Siamensibus constat. Eodem anno venit ex Europa Siamum via quoque terrestri Illustrissimus D. Franciscus Pallu Episcopus Neopolitanus cum aliquot Missionarijs Gallis, qui atiam in speciem multū amicitiae Patribus Societatis nostræ vbique ostendebat; & profitebatur, se nihil velle agere sine eorum consilio; cum illi, ut aiebat, essent antiqui Misionarij, qui rectè laborandi in vinea Do-

mini ratione longa ibi experientia didicisset verum his verbis parum deinceps facta responderunt: vix autem Siamum advenerat, cum illico se ad redeundum Romanum comparavit, ubi data rerum notitia, certa Missionis negotia tractaret.

Interea Illustrissimus D. Berithensis, cum Siamum esu set tunc extra iurisdictionem Vicariorum Apostolicorum, non nisi cum licentia Vicarij Malacensis Lusitani Sacra menta Tuthiae administrabat, clam suppressans eam iurisdictionem, quam à Sunimo Pontifice pro terris sui Vicariatus acceperat: cum verò iam omnia sibi satis explorata, ac perspecta essent, misit pro Vicarios Generales in Camboyan, Cochinchinam, & Tunquinum: D. Cheuureul qui in Cochinchinam iuit à Partibus Societatis Domo & mensa summa benevolentia exceptus est pluribus mensibus; significavit deinde se missum esse ad exercendam iurisdictionem vice Episcopi in illo Regno: Eam nec ibi, nec alijs in locis legitimata Patres Societatis agnoscere voluerunt: tum quia Illustrissimus D. Berithensis suas patentes, seu Bullas ostendere recusabat: tum quia id erat contra ius Patronatus Lusitaniae, ac Metropolitanus Vrbis Goanae, qui actu ibi iurisdictionem exercebat, ad quem proinde Bullas Pontificias deferri oportet: Cum verò eodem tempore vetasset Siamum R. P. Provincialis Provinciae Iaponicae, ab eo petijt Illustrissimus Dominus, ve Religiosos Societatis, qui in terris sui Vicariatus erant, sibi subiiceret: respondit Provincialis, id non esse sui iuris: Macai esse R. P. Visitatorei, cui ipse subfasset: Igitur ad eum illico scriptit Illustrissimus Dominus, cui respondit Visitator, non posse à Partibus Societatis agnosci illam legitimam iurisdictionem: tum quia id erat contra ius Patronatus Lusitaniae: tum quia prius agere deberet Illustrissimus Dominus cum Metropolitanano Goano, ad quem tunc iurisdictione in illas Terras pertinebat: neque enim est in Religiosorum potestate, s. viius Archiepiscopi legitimam iurisdictionem, ipso non morito, etiam contra Regum iura, alteri resignare: sed admonendus videbatur Metropolitanus, à quo deinde Principis certior fieret, ne quid, ipso non concio, contra eius iura fieret: qui de-

maua

nūm apud Summum Pontificē ius nominandi Episcopos  
prō illis terris tueretur. Quod verò pertinet ad alteram par-  
tem , scilicet ipsius obedientiæ visitationi, & correctioni  
instar Sæcularium Parrochorum Patres Societates subiçere;  
respondit, non posse id fieri, non monito Generali, qui Ro-  
mæ Summo Pontifici rationes in contrarium proponeret,  
cum id alienum ab instituto nostro videretur.

Hac responce irritatus D. Berithensis, cum in Tun-  
quinum anno 1668. & in Cochinchinam anno 1671. pro-  
fectus esset, Patres nostros ibi de gentes excommunicavit,  
quod suæ iurisdictioni obrationes prædictas se subiçere  
nollent; prohibuitque omnibus neophytis, ne quis à nostris  
Patribus Sacra menta perciperet; ordinatis deinde aliquot  
Sacerdotibus indigenis, nullam litterarum notitiam ha-  
bentibus, quorum aliqui nec Missam legere poterant; eis  
Ecclesiæ administrandas distribuit anno autem 1667. Sia-  
mi 7. Octobris Epistolam Pastoralem scripsit, quæ traducta  
in linguam vulgarem, publicè in omnibus Ecclesijs Tun-  
quinensibus legeretur, quæ quam iniuriosa sit Societati  
nostræ, & si dicere liceat, quam indigna Præfule Christia-  
no, satis colligi poterit ex brevi extracto, quod infra subij-  
citur: Gravissimè deinde conquestus est Illustrissimus Do-  
minus, quod oblatas tandem post aliquot annos Bullas Pon-  
tificias Patres Societatis recipere nollent, & vi illarum sub-  
dere se, & suas Ecclesiæ iurisdictioni Vicariorum Apostoli-  
corum: verum quia Metropolitanu[m] priùs oblatæ, & ab eo  
recognitæ non fuerant, iuxta stylum perpetuum Ecclesiæ  
ipso iure Sanctum, eas Bullas pro eo tempore executioni  
mandare nullo modo poterant. Quoniam vero hæc est præ-  
cipua criminatio adversus Patres Societatis, & perturbatio-  
nis origo, ideo legitimam hanc fuisse, ac prorsus  
necessariam responce, specialiter hoc loco  
probandum est.



¶ II. Demonstrantur apertissimis rationibus, Patres Societatis se subiçere non potuisse Vicarijs Apostolicis, antequam Bulla à Metropolitanis acceptarentur.

PRIMVM, ut supradictum est, Illustrissimus Dominus exegit submissionem à PP. Societatis, renuens exhibere Bullas Pontificias ipsis Patribus, atque etiam Metropolitano totius Indie Orientalis. *Quis autem tam mediocriter est eruditus, qui non sciat, ad sumendam possessionem iurisdictionis, exhibendas esse patentes, quibus constet, cum legitimum esse Pastorem?* alias enim pateret adiutorius infinitis fraudibus, & quisque sibi posset, per fraudem iurisdictionem usurpare, præsertim in remotis partibus, in quibus non posset nisi tardè fraus recognosci: quare iure Ecclesiastico Sancitum est, non posse accipi possessionem iurisdictionis, nisi exhibitis patentibus authenticis. Et in civili quoque politica idem rigorose servatur. Etenim visum ne umquam, ut aliquis Provincie Gubernatur, aut Civitatis Praefectus agnoscatur, nisi patentes nomine Regis datas priùs exhibeat ijs, quibus competit examinare, an sunt legitimæ? Sed non est opus probare pluribus verbis, quod paucis clare expressit, & Sancivit Bonifatius VIII. his verbis. *Presenti itaque perpetuo valitura constitutione San- cimus, ut Episcopi ad commissas eis Ecclesias absque dicta Se- dis litteris eiusmodi eorum promotionem continentibas accede- re non presumant, nullique eos absque dictarum litterarum ostensione recipiant.* Quod si forsitan contra presumptum fuerit, quod per prefatos Episcopos factum fuerit, irritum habeatur. Ex quo clarissime patet, quod PP. Societatis non potuerunt agnoscere legitimam iurisdictionem Illustrissimi Domini, nisi priùs suas patentes exhibuisset, adeoque Illustrissimum Dominum iniuste contra eos Excommunicationibus, & gravissimis Romæ criminationibus processisse. Deinde postquam Illustrissimus Dominus exhibuit post modum suas patentes, sive Bullas Pontificias Religio-

sis Societatis, non poterat legitimè conqueri, quod prædicti Patres non se subiijcerent, atque Ecclesias suas, nec Bullas Pontificias admitterent, antequam Metropolitano exhiberentur; quod tamen præcipuum caput criminatio-  
nis fuit; quæ duabus his rationibus apertissimè dissolvitur.  
Prima sit, quod alioqui facerent contra consuetudinem Ec-  
clesiæ, & peccarent contra iustitiam.

Secunda quod rationabiliter præsumi poterat, illas Bu-  
llas ex falsis informationibus obtentas esse, adeòque esse sub-  
reptitias. Quo ad primam rationem, quis non videt non  
esse morem Ecclesiæ, ut Religiosi, vel etiam Parrochi Sæ-  
culares de iurisdictione Metropolitani, aut Ordinarij dis-  
ponant, atque alteri, illo non admonito, Ecclesias suæ iuri-  
isdictionis resignent? vbi vñquam vñsum est, quod Epis-  
copi recenter deputati ad aliquem locum, Parrochos aut  
Religiousos adeant, & Excommunicationibus adigant ad  
obedientiam, quando actualiter sub sunt ordinario suo, qui  
ibi pridem legitimam exercet iurisdictionem? possunt ne  
Religious tradere possessionem iurisdictionis, quæ non est  
sua, sed aliena? subtrahere Ecclesias vni ordinario, ut alteri  
tradant? quis vñ quam vñdit in Ecclesia hunc modum? An-  
nom debebat Illustrissimus Dominus priusquam adiret Re-  
ligiosos Societatis, Metropolitanum eorum locorum Or-  
dinarium convenire; eique suas patentes exhibere? quibus  
recognitis ac receptis, nulla fuisset mora in executione, vt  
postea ostendetur, nec secuta fuisset ea perturbatio, quæ ex  
in ordinato illo agendi modo processit. Adde quod Metro-  
politanus Goanus, cum sit Primas torius Indiae Orientalis,  
speciales Bullas à Pontificibus acceperit, quibus Sanctum  
est, vt nullæ in India Bullæ recipientur, nisi ab illo recog-  
nitæ. Hoc patet ex verbis Epistole Illustrissimi D. Brandon  
Archiepiscopi Goani, datæ ad Vicarios Apostolicos, cuius  
hæc verba ex authentico exemplari fideliter à me extracta  
subijcio. Non enim tenebatur ( scilicet Gubernator Episco-  
pati Malacensis, de quo agit ) Dominationibus vestris tam-  
quam Vicarijs Apostolicis obtemperare, quin prius de diploma-  
tibus Pontificijs sibi constaret, quæ Metropolitano Ordinario  
prius debabant presentari, ut iure Canonico Sanctum est.  
Præterea adhuc Orientem quædam speciales leges, & Bullæ  
a Se-

*à sede Apostolica demissæ sunt.* Vnde clarissimè sequitur quod Religiosi Societatis imperitè sese habuissent, si Bullas Pontificias ipsi acceptassent, Ecclesiæque Vicarijs Apostolicis subiecissent, antequam illæ Metropolitanæ præsentarentur, adquem pertinet examinare, an illæ Bullæ sint legitimæ, an subreptitiæ, & ex falsis informationibus contra Principis iura traditæ, ut super his ad Summum Pontificem scribat, si quod inconveniens occurrerit, significet; atque interim dum responsum expectatur, Bullarum executiōnem, pro auctoritate ei à iure tradita, suspendat. Ecur ergo dum Patres Societatis hæc iura Canonicis legibus Sancta Cita, perpetuo Ecclesiæ vsu confirmata, & specialibus Bullis Pontificium ad Archiepiscopum Goanum missis, stabilita ad amissum servant, cur in quam publicè cum summa infamia excommunicantur? cur vbique divulgatur apud neophytes, omnes absolutiones ab ijs datas, nullas esse? cur scribitur, peius esse eorum parti adhærere, quam ipso Calvino; ut infra authenticis litteris probabitur? cur tamquam Schismatici per universum Orbem cum summa infamia publicantur? hæc ne fortasse meruerunt summi eorum labores cum maximo animarum lucro exhortati, in quos alij introierunt colligentes ea, quæ non Seminarant? An licet ad illos divexandos, & famam acquisitam iniuste spoliandos, Ecclesiæ consuetudines, & iura Canonica violare? sed pluribus non est vrgenda violatio iuris humani, cum post modum sine scrupulo ius naturale, divinumque ad opprimendos Patres Societatis factis calumnijs sit violatum.

Secunda ratio est, vti suprà dixi, quod eò amplius remittendæ erant illæ Bullæ ad Metropolitanum, eò quod viderentur subreptitiæ, ob Pontificem non plenè informatum de iure Lusitano, quod non solum titulo donationis, sed ex contractu oneroso acquisitum est. Etenim Pontifices videntes Regem Lusitanæ non parcere subditorum sanguini, atque infinitis expensis pro Religione propaganda in India Orientali; & attenderentes quod tanta esset pietas Regum, vt in navigationibus ac bellis Indicis Divinæ Gloriæ amplificationem, potius quam Regni lucrum attenderent, *ius Procuratus pro tota India Orientali tamquam multiplici-*

ei iure pro meritum concesserunt. Illud ius primum concessit Nicolaus V. pro terris acquisitis, & acquirendis detectis, & detegendis. Idem confirmavit Calixtus III. Sixtus IV. Innocentius VIII. in super idem ius probant Bullæ plures datæ Episcopis Iaponiæ, terræ S. Thomæ, Ethiopiæ, &c. Inter quas litteræ Apostolicæ, ut paucas ex multis proferam, datæ D. Petro Martinez Episcopo Funaensi in Iaponia, sic aiunt: *Sanè Ecclesia Funaensis in partibus Indiarum Orientalium, quæ de iure Patronatus Charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Catholici ratione Regnorum Portugalie, & Algarbiorum, quo ipse Philippus Rex existit, &c.* Et in litteris Episcopi Coadjutoris eiusdem Ecclesiæ. *Sanè cum Venerabilis Frater noster Petrus Episcopus Ecclesiae Funaensis, quæ in Insulis Iaponie existit, & de iure Patronatus Charissimi in Christo filij nostri Philippi Portugalie, & Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio cui numquam derogatum esse dignoscitur, &c.* Ex quibus clare, & manifeste apparet, non solum datum fuisse ius Patronatus Regibus Lusitaniae in terris Indiae Orientalis, etiam ipsi non subditis, & solum detectis, sed etiam tanto annorum successu numquam fuisse derogatum, & verò Summi Pontifices attente considerantes quantum deberet Ecclesia Regibus Lusitaniae ob Christi ac Ecclesiæ ditionem usque ad extremum Orbem multo sanguine, & expensis propagatam, numquam hæc iura violare, sed potius ea amplificare studuerunt.

Cum ergo hoc ius Lusitaniae sit tam clarum, & manifestum: nec Pontifex præsumi posset velle ius tam antiquum, tantoque impedio acquisitum violare: item cum non possit licet, absque Patroni Laici consensu suo arbitratu sine causa beneficia conferre, Episcopos constituere, ut docet Azor part. 2. lib. 6. cap. 23. Barbosa conc. 29. coll. 7. lib. 1. Covarr. praet. quæst. cap. 35. alijisque gravis suspicio oriri poterat, quod Bullæ datæ Episcopo Berithensi, alijisque essent obtentæ sine debita informatione iuris Lusitanis quod quidem Innocentius XI. in Epistola data ad Serenissimum Principem Lusitaniae anno 1680. ait, se non solum velle conservare, sed insuper amplificare; quæ Epistola videri potest Parisijs impressa eodem anno. Eandem ob causam Illustrissimus Archiepiscopus Goanus hoc anno

1682. omnium Bullarum Pontificiarum, quæ fuerant datæ Vicarijs Apostolicis , executionem videtur suspendisse, suamque prætendere vt antiquitus exercere iurisdictionem , donec plenam mittat informationem ad Summum Pontificem,& Lis de iure Lusitano vltimò decidatur; id est que insuper revocat eam Bullarum acceptationem , quæ, vt mox dicetur, facta fuerat à suo Prædecessore , quam, vt potè contra Regum Lusitanæ iura, ipso non monito facta, arritam censem: Insuper Princeps missis in Indiam litteris, & pro Rex ( cuius Authographum legi ) vetat sub pœna confiscationis bonorum Religiosis, alijsque, ne quis lite non dum Romæ decisa, audeat Episcopis de propaganda fide se subiçere; sed quivis stet suspensioni Bullarum ab Illustrissimo Archiepiscopo factæ , donec à Summo Pontifice Principis rationes pro suo Patronatu plenè audiantur ; ac tandem longa illa controversia dissolvatur. Quomodo ergo poterat Societas olim cum Principis indignatione, ac suæ sustentationis substratione acceptare Bullas non dum Illustrissimo Archiepiscopo ostensas, & recognitas; non solum ius Canonicum, Ecclesiasticas consuetudinis , & Primatis Indiæ privilegia violando; sed insuper eius Principis antiqua iura contemniendo, cuius vno subsidio propagata est per Indiam Societas magno animatum fructu, & cuius liberalitate Regia etiam nùm vivit; neque Princeps de genera majorum suorum pietate credi poterat, vt suo iure exui mereretur; cum satis nota sit efusa etiam modò, pro amplificatione Christi fide liberalitas; & ipse quoque sum testis me ex eius ore audivisse, se lubenter, pro procuranda Gentilium conversione, omnes Regni opes profussurum, eamque plus sibi cordi, quam ipsum Regnum esse. Clarissime igitur patet ex dictis, quò tandem decidat hæc prima, & principalis accusatio, quæ ne apparentibus quidem nixa fundamentis, eo solum spectare visa, vt per fas, & nefas Patres Societatis hac, & alijs sine fundamento accusationibus obruti, è suis missionibus expulsi, locum alijs traderent, ex quibus audivisse ego probè memini, quod Roman scriptis sent ad Sacram Congregationem, aut se Missiones relicturos, aut Patres Societatis ex illis esse expellendos.

¶. H. Quomodo, Recepis Bullis ab Archiepiscopo Goano, P.P. Societatis se Vicarijs Apostolicis subiecerint?

**A**NNO 1678. Octava die Maii Illustrissimus Dominus Brandon Archiepiscopus Goanus ex vi mandati accepit à Clemente X. Summo Pontifice, abdicavit à se iurisdictionem extrà Dominium temporale Regis Lusitanie: Bullasque traditas Vicarijs Apostolicis, ut legitimas recepit: quod hec factum fuisse in consulto Principe, cuius iura huc abdicatione graviter violabantur; ut constat ex antedictis; & quamvis nec authenticè quidem exhiberetur Paragraphus Societatis ea abdicatio Illustrissimi Archiepiscopi, nec modus intimandi à iure præscriptus servaretur: tamen PP. Societatis, ut quantum possent obedientiam promptam erga Sedem Apostolicam monstrarent, illicò se iurisdictioni Vicariorum Apostolicorum submiserunt, ab eis approbatissimè Sacra menta, administrativa humillimè postulantibus: & ut ne falsis criminationibus ebruta hec veritas omnis pascat, Epistolas super hac rescriptas ex exemplaribus ab Illustrissima Domino Metropolitano recognitis ad authenticatione huius subiecione.

**EPISTOLA P. JOSEPHI CANONI**  
doni Societatis Iesu in Cochinchina Missionis  
ad D. de Courtaulm pro Vicariis  
Apostolicis.

**I**lli Iacobus, quasi ad me Dominatus nostra misericordia, per cuius suam maximas Debagot gratas habeo: quippe hoc traxi, atque ambages evanescunt, si hactenus obstat: non quasi Bullis Apostolicis concubantes, sed quasi Ecclesiarum Catholice iurium propagandores acerrimi. Bonum est ergo iure. Subsignifici auctoritatem Ecclesiastica-

comprobatum praxi; ut litteræ Pontificiæ, antequam execu-  
tioni mandentur, exhibeantur Præfuli, ad quem spectant;  
si quid verò ante exhibitionē actum fuerit, irritum ac nullum  
prosperum habeatur. Igitur hactenus Pontificijs litteris,  
vobis concessis, non obedivimus, quia nomdum exhibitatæ  
fuerant: at verò vbi illas exhibuistis Goano Archiepiscopo  
totius Orientis Primati, nec iustum aliquid impedimen-  
tum ab illo interpositum fuisse, nobis constitit, illas i lito ac  
statim accepto, ac quidquid in illis præcipitur, ultra ac lu-  
benti exequor animo, vt pote Filius Societatis Iesu, qui  
factus est obediens usque ad mortem, ut ipse mortem sus-  
peraret, &c. Fafo 7. Ianuarii 1678.

**EPISTOLA PP. BARTHOLO-**  
**miae de Aosta, & Josephi Candons Societ. Iesu**  
**ad S. Congregationem de propa-**  
**garanda fiducia.**

**E**MINENTISSIMI PATRES! Nos infra scripti, & Socioces  
Iesu, qui Cochinchinensem hanc Vicariam Domini  
colimus, ideo R. D. Petri Lamberti Boritheensi Episcopo  
tanquam Vicario Apostolico in hoc Cochinchinensi Reg-  
no non obtemperavimus hactenus, quia cum generali Ecclesie  
leges, tum speciales Bullæ Metropolitano totius  
Orientis Primati concilii obstatant. Canonicum in-  
re, præcipue à Bonifacio VIII. in Extravag. In iuncta, de-  
cretum est, ac omnium Ecclesiasticorum comprobatum praxi,  
ut Pontificiæ litteræ antequam executioni mandentur, de-  
beant prius præsentari Præfuli, ad quem spectant. Insuper  
peculiaribus Summorum Pontificium Bullis Sanctum est,  
ut Metropolitano Goano, vt pote totius Orientis Primati,  
prior ostendat quid quidam etiam Pontificiarum in huic  
Orientem emissi factis, res fuerit dilectissimus D. Anto-  
ninus Brondanus Archiepiscopus Goanus in responsione  
ad Reverendissimos DD. Vicarios Apostolicos inscripsit  
Go die 8. Maij 1677. verum qui prius per hanc ipsam  
Bullam, quod istiusmodi Archiepiscopi Goanus, quia nihil  
est.

ostendit ultimā die Decembris eiusdem anni 1677. R. D.  
 Ioannes de Maguelone Courtaulin pro Vicarius Generalis  
 in Cochinchina à Reverendissimo Episcopo Berithensi loc-  
 catus, nobis constitit Bullas Reverendissimo Berithensi Epis-  
 copo datae, exhibitas fuisse iam dicto Metropolitano Goa-  
 no, illas illicò ac statim acceptavimus, ac Donuno Reve-  
 rendissimo Berithensi Episcopo, tāquam legitimo ac vero  
 Vicario Apostolico in hoc Cochinchinensi Regno subij-  
 cimur, & deinceps obtemperabimus. Ut verò promptum  
 hoc nostrum in S. Sedem obsequium, uti filijs Societatis  
 mos est (non enim sunt Pontificiorum iurium contem-  
 tores, sed propugnatores) omnibus compertum esset, hoc  
 chyrographium manu nostra subscriptum, nos qui duo tan-  
 tum è Societate modò hic versamur, in testem dedimus.  
 Sinoæ in Urbe Principi Cochinchinæ 15. Ianuarij 1678.  
 Bartholomaeus de Acosta Superior Missionis: & Ioseph  
 Candoni. Et infra in eadem Epistola sequuntur hæc: has  
 litteras ad Dominum pro Vicarium Ioannem Maguelone  
 de Courtaulin misimus, quibus alteram adiunximus Epis-  
 tolam, per quam ad obeunda Missionariorum munera in  
 hac Domini vinea petebamus facultatem: ne verò vel in  
 extremitatibus hisce mundi oris Societatis obedientia in Sanc-  
 tam Sedem Christi in terris Vicarium laterer, rem totam  
 Sanctitati sue per Eminentias vestras exponere vīsum  
 nobis est, quarum benedictionem ad ubiores fructus in  
 hac vinea percipiendos, etiam atque etiam petimus, &c.

## *EPISTOLA D. DE COV RT ALIN*

*pro Vicarij Generalis Cochinchinæ ad Eminentissimos Cardinales de Propaganda*

*Fide.*

**E**MINENTISSIMI PATRES. Deo optimo gratiae incel-  
 santer reddantur, tandem RR. PP. Societatis: Pater  
 scilicet Bartholomaeus Acosta Superior, & P. Ioseph Can-  
 doni perspectis litteris, quas Illustrissimus Archiepisco-  
 pus Goanus scripsit RR. Episcopis Vicariis Apostolicis

Si

Sinex quibus Reverendissimus ille Antistes omnia Sanctæ Sedi Decreta data in favorem R. Episcopi Betithensis, aliorumque Vicariorum Apostolicorum accepit, tunc & ipsi præfata Diplomata & Decreta illicò receperunt omnibusque in eis contentis obedientiam humilem se præstaturos mihi eius pro Vicario privatim, & publicè, verbo & scripto professi sunt; licentiamque administrandi Sacramenta, privilegijsque Missionarijs Orientalibus concessis uti insuper à me postularunt, ut videre poterunt in scripto huic adjuncto Eminentiae vestræ, quam licentiā ego libentissime eis contuli; unde nova lætitia, novusque fervor in tota Ecclesia ex hac pace oritur. Et infra... nos autem sumus vndeclim, sex scilicet Missionarij Sac. Congregationis, duo Patres Societatis, & tres Patres indegenæ, omnes ad hanc obedientes, suaque munia maximo cum zelo, & fervore obeantes, &c. Emin. vestrum humill. & obsequentijs servus Joannes de Maguelone de Courtaulin pro Vicarius Generalis Cochinchinæ & Siam-pæ in Civitate Faifo Regni Cochinchinæ die 12. Martij 1678.

Ex his literis clarissimè patet; quod PP. Societatis qui erant in Cochinchina, Bullis acceptatis ab Illustrissimo Archiepiscopo, statim sese promptè obedientia subiecerint. Quod autem ea obedientia constans fuerit usque modò, satis evidens est ex ipsis Illustrissimi Domini Merello politani verbis, qui cœbro dixit Patribus Societatis Siani, atque ipsi Patri Iosepho Candoni in Cochinchina, quod de Patribus Societatis in Cochinchina existentibus nihil habetur, quod conquereretur, nisi forte quod P. Iosephus Candoni duo sacra diceret diebus Dominicis, & Festis sine sufficienti, ut putabat, necessitate, quod tamen ipsum auditis rationibus, non improbavit.

Interea verò tot criminationibus iniquè præmuntur Romæ Patres Cochinchinenses, ut scribat R. P. Generalis eos Romæ condemnari tanquam perfracte resistentes; & verò ea debet esse atrocissima accusatio, quæ duos prædictos Patres Cochinchinensis Missionis reos constituant facinoris, quod eos ab administratione Sacramentorum suspendi, & e Cochinchina in Europam revocari me-

mereretur, etiam non dato vi lo spatio ad suam iustificationem. Sane cum Summi Pontificis sententia lata non posset, non esse et quissima iuxta allegatas accusationes, ex magnitudine poenae necesse est inferre, gravissima eorum fuisse scelerata, quæ hoc fulminari Decreto mererentur. Et verò eum neophyti, qui Patres ab administratiōne Sacramentorum suspensos viderunt, &c in Europam vocatos à Sancta Sede: tum etiam totus Orbis Christianus non potuit, non existimare, eos esse gravissimorum facinorum reos, qui ita punirentur: idque cum summa infamia Societatis, quæ summa cum zeli, ac fortitudinis laude hactenus in India laboravit, fructu etiam pari eorum laboribus consecuto. Interim Illustrissimus D. Metropolitanus Ludovicus Lanéau Vicarius Apostolicus cum hoc anno venisset in Cochinchinam, Patres Innocentes damnatos fuisse agnovit, & pronunciavit; cum verò non ausus esset sententiae Romæ datæ executionem suspendere: ad quam suspensionem, agnita innocentia, iure naturali priors tenebatur, Epistolam ad Sac. Congregationem dedit in eorum Patrum commendationem, hæc autem sunt Epistolæ verba ex ipsa auto grapho desumpta.

<sup>sup</sup> EMINENTISSIMI PATRES. Siāni cū adhuc esse, ad EE. VV. scripseram, me quam primum ad Cochinchinam esse profectum, quo tandem vna cum SS. Missionarijs, Deo propitio, appuli: sed factum est, divina providentia sic moderante, ut nobis Portum Siamenum reliquentibus, obviam facti sunt 4. Missionarij, qui plures litteras à D. Episcopo Heliopolitano scriptas Surati, vbi tunc erat, reddiderunt: inter quas ego binas reperi, quæ à R. P. Generali Societatis Iesu erant scriptæ ad P. Bartholomæum Acosta, & P. Iosephum Candoni, eiusdem Societatis Iesu Religiosos, horum alter, P. scilicet Iosephus Candoni, cum primum adventum competisset meum, ex pagis, quos obibat Missionarius, salutandi causa ad me festinus convolavit in urbem, quæ dicitur Faifo, quod est Emporium totius Regni celeberrimum, ipsi itaque predictas litteras simul cum alijs pluribus, quas Siāno à Patribus Societatis mecum detuleram, tradidi, quibus ille per locis, ad me summo manu rediit, confessans nihil nisi aliud.

aliud esse in votis, quam ut Sanctæ Sedi, suique Præpositū Generalis imperio morem gereret: & quoniam in præcinctu iam erant nave, quæ ad sinas pergerent, ex templo ad iter sece accinxit, Patremque Bartholomæum Superiorem suum in Curia, quæ tribus adhuc distat diebus commorantem, de re tota per litteras fecit certiorem: Interim ab excipiendis Confessionibus, ut præcipiebatur sibi, atque ab omni Missionum exercitio prorsus abstinuit, admonens per modicū Christianos, qui sibi, suaque Societati magis addicti videbantur esse, iam non posse Confessiones audire, propterea que necessum esse, ut qui deinceps Sacramentorum fieri participes vellent, alios convenirent Missionarios Apostolicos: qua quidem in re ita segessit, ut nihil laudabilius vel fieri, vel optari a quo piā omnino possit. Et certe illud si locorum temporisque spectetur ratio, inter præstantissimas viri Apostolici laudes debet non immerito recenseri: se enim subiectando humillimè non multos quidem vanæ superstitionis fautores, sed seipsum, in quo summa perfectionis gloria sita est, pallichè devicit. Vnde EE. VV. supplex obtestor, velint ipsum à tam longinquis regionibus ultero remeantem benignè suscipere; atque si quid prioribus annis peccatum fuit, aut saltem minus caute gestum, dignentur pariter pro tam prompto, sinceroque obsequio condonare. Si eadem P. Bartholomæus præstare non dum potuit, propter locorum distantiam: non dubito tamen, quin pari diligentia, parique obsequio quæ sibi sunt mandata, exequatur. Ne autem litteræ, quæ de pristina amborum obedientia prioribus annis datæ sunt, forsam fuerint deperditæ, earumdem transumptum, quod hic reperi, ad EE. VV. quo de omnibus fiant certiores cum præsentibus mittendum censui, &c. Faifo in Regno Cochinchinæ 3. idus Augusti 1682. humill. & obsequentiss. servus Ludovicus Episcopus Metropolitanus.

**Hæ** vero datae PP. Cochinchinensis laudes, & hoc tam authenticum eorum obedientiæ testimonium, quo modo convenient cum atrocissimis accusationibus, quæ de illis recenter fuerunt factæ, quomodo hæc quadrangulum per fracta resistentia, pro qua inauditi condemnantur?

ita

Ica ad expellendos Patres Societatis ē suis missionibus, tam  
improbo modo impeditur innocentia, vt pro ea oppri-  
menda nullū ius divinum, humanumque integrum relinqua-  
tur. Quod si verò dicat Illustrissimus Dominus: *si quid  
antea minus caute actum sit*; credo eum intellegere de  
prima subiectione, à qua iam pridem Patres in Cochinchina  
resilierunt, ut potè persummat fraudem, & men-  
daciū obtenta. Etenim à multis annis cum Illustrissimus  
Berithensis afferuerit in Cochinchina, quod PP. Socie-  
tatis Siāmi degentes se subiecissent, alij quoque in Cochinchina  
se subiecerunt: verū post modum competa fraude,  
scilicet certiores facti, quod Patres Siamenses Bullas  
non receperint, quæ non dum fuerant Metropolitano præ-  
sentatæ, à subiectione fraudulenter obtenta, & secundum  
Iuris Canonici leges illicita resilierunt, in quo quidem cui  
crimen imputandum sit, iudicandum relinquo, & an bona  
sit illa consequentia, quam crebrò ex Missionarijs Aposto-  
licis audivi, scilicet non esse fidendum Patribus Societatis,  
cuius vtique ficta esset subiectio, & in ea servanda non mi-  
nor inconstantia. Sanè nisi hic dicatur, contra omnia iura  
esse ratioeinandum, fateri debent Missionarij Apostolici,  
talem consensem, & subiectionem potuisse, ac debuisse re-  
vocari. Etenim legi *Non id ei circa de iuri & facti ignoran-*  
*tia, expresse dicitur, quod errantis nullus est consensus;*  
deinde docent passim omnes Iuristæ, ac Theologi, quod  
si dolus aut error det causam contractui, & proveniat  
à parte, irritari posse pro arbitrio decepti, pro quo videri  
potest Lessius, Laymā, aliquis ab ipsis citati. Cum ergo  
huius subiectioni causam dedisset dolus, illa poterat à Pa-  
tribus irritari, atque etiam debebat; ne fieret contra iu-  
ra, & consuetudines Ecclesiarum; vti suprà probatum est, non  
dum Bullis Archiepiscopo præsentatis.

Quod pertinet ad eos Patres, qui in Tunquino versa-  
bantur, illi quoque sub idem tempus se subiecerunt iuris-  
dictioni Vicariorum Apostolicorum; verum gravis super-  
fuit controversia circa Ecclesias administrandas. Eo tem-  
pore ut refert Illustrissimus Dominus de Bourges Vicarius  
Apostolicus in Tunquino, pars dimidia Ecclesiarum suba-  
grat Missionarijs Apostolicis, aut Sacerdotibus indigenis,

altera Patribus Societatis, qui solum duō erant: graviter  
autem querebatur Illustrissimus Dominus, tot Ecclesiās  
solum à duobus administrari, easque volebat plerasque  
cripere, tradendas Sacerdotibus indigenis, & Patres Socie-  
tatis ad vnius Provinciæ partem relegate: repugnabant Pa-  
tres, tum quia tam rudes erant illi Sacerdotes, ut eorum  
aliqui nec sacrum dicere possent, vixque formam Baptis-  
mi, aliorumque Sacramentorum pronuntiare: Theolo-  
giam vero, aut linguam Latinam nec in primo limine at-  
tigerant quidem, vnde sequebantur inconvenientia gra-  
vissima in illa nascente Ecclesia: præsertim ex eo quod  
Missionarij Galli extra oppidum Siam non possent excu-  
rtere ad illos visitandos, atque ex ignorantia maximi glis-  
cerent ab usus, grauisque iactura animarum. Tum deinde  
quia inter illas Ecclesiās multæ erant residentiæ Sociera-  
tis, arque aliæ penè omnes nostræ, vti scriptis abvndè pro-  
batum fuit. Igitur necesse erat R. P. Præpositum Genera-  
lem consulere, & tantæ alienationis Ecclesiarum ac Do-  
morum Societatis facienda facultatem accipere; in quo  
cum multæ difficultates occurrerent, tardèque litteræ per-  
ferrentur, vsque adhunc annum cessio illa Ecclesiarum  
dilata fuit; in quo cum iam actum esset cum Illustrissimo  
Domino tunc Siami degente, ibique consecrato Episco-  
po de tota controversia demùm amicè componenda, &  
Illustrissimi Domini responsa data coram Illustrissimo D.  
Metellopolitano per lata essent Macaum ad R. P. Visitato-  
rem, illico licet parùm æquis conditionibus, pacem & con-  
cordiam demùm firmandam statuit. Verùm cum eodem  
anno paulò post venissent litteræ, quibus Patres nostri à  
Tunquino in Europam evocabantur, hoc relicto contrac-  
tu, Patres iussi sunt à Superiori voluntati Summi Pontifi-  
cis obtemperare; ideoque in sequentem annum Macai  
expectantur, vt inde in Europam discedant; in quo itine-  
re tam longo & periculoso, an non potius sint futuri vic-  
simæ obedientiæ, quam rei, tum ex prædictis, tum ex ijs  
quæ ipsi anno sequenti in suam iustificationem profeterent,  
facile erit pronuntiare.

Demùm de Patribus Siam commorantibus facile ac-  
cusatio dissolvitur ex eo, quod Illustrissimus D. Brandon

Ars

Archiepiscopus Goanæ in Epistola prædicta subdat se  
 reservare iurisdictionem Siamni in Colonia Lusitana, eo  
 quod videretur sub dominio temporali Lusitanæ esse: cum  
 enim Illustrissimus Archiepiscopus Bullarum executio-  
 nem quoad Coloniam Lusitanorum in Regno Siamensi suscep-  
 penderet, & pro ea replicaret ad Summum Pontificem, iuris-  
 dictione penes eum remanebat, adeoque non poterant Re-  
 ligiosi Societatis hunc Primatem Indiæ ea antiqua posses-  
 sione spolicare, alteriusque iurisdictionem agnoscere:  
 Etenim quando Bullæ ac Decreta Pontificia sunt contra  
 Metropolitanani iura, aut saltem ipsi esse videntur, potest  
 ille replicare, & à Pontifice male informato, ad eundem  
 appellare, & interim potest suspendere Decreti execu-  
 tionem, ut docet Suarez lib. 4. de legib. cap. 16. Molina  
 tract. 5. disp. 69. Layman lib. 1. tr. 4. & ius ipsum com-  
 mune, Pontificumque rescripta varijs in locis. Quare præ-  
 dictus Metropolitanus eo misit Vicarium devara, ut vocat,  
 qui hanc suam iurisdictionem in Colonia Lusitana Sia-  
 mensi administraret. Satis igitur patet dum expectabatur  
 responsum Summi Pontificis ad replicam Archiepiscopi,  
 iurisdictionem ad eum spectasse, adeoque summa cum  
 iniuria Patres Societatis ibi olim fuisse excommunicatos,  
 pulas eorum absolutiones fuisse declaratas, & censitos  
 tamquam Schismaticos, quibus peius esset quam Calvi-  
 no adhaerere; vt haeretico recenter ab illis converso scrip-  
 erunt. Etenim quomodo poterant in conscientia Patres  
 Societatis contra ius commune, & specialia Sedis Goanæ,  
 de quibus supra, ante responsum Pontificis ad prædictam  
 replicam, à iurisdictione sui Ordinarij deficere, quam  
 ipse claro iure conservaret, nisi nova iura Ecclesiæ anti-  
 quis consuetudinibus, ac multorum Pontificum Decretis  
 contraria cedere ad arbitrium velimus. Prædicti verò Pa-  
 tres, ne quid intentatum pro pace relinquenter, cum Il-  
 lustrißimo Domino Ludovico Siami Vicario Apostolico  
 ita negotium composuerunt; vt pax sincera, atque amici-  
 tia cum Missionarijs Apostolicis inita sit anno 1681. quam  
 deinde Patres tum mutuis vltro citroque visitationibus,  
 tum etiam habita in Seminario Episcopali concione die  
 Sancti Iosephi, alijsque amicitiaz officijs foverunt: ex qui-

bus omnibus cunctis ad integrum ubique placuisse, & con-  
cordiam firmam ad spectare, non dubitabatur: & modis  
peracta esset, nisi revocatis Patribus, e Missionibus testan-  
dix concordia sublata esset occasio.

**s. III. Refutantur accusationes, quibus  
Patrum Societatis dicta, & scripta, men-  
dacia, & perjuria esse dicuntur.**

**I**LLIS iam refutatis, in quibus præcipuum rei momen-  
tum erat, nunc ad verba progredior, & scripta, in  
quibus Missionarij Apostolici carpere voluerant Missiona-  
rios Societatis, ac primum quidem mendaces, ac periuros  
esse aiunt eos Patres, qui hic Macai approbarunt, & iura-  
runt esse authentica exemplaria litterarum scriptarum à  
Missionarijs Apostolicis, quæ deinceps Romanæ missæ fu-  
runt. Id ego crebro ab illis audivi, & tamen sæpe, tantoque  
impendie repetitum fuit, ut summo perè exoparem, quæ  
primum Macaum venire, ad rei veritatem explorandam  
ibi Deus mihi testis sit, quod ego lectis originalibus lите-  
rarum, & collatis cum ijs, quæ Patres Romanæ misera  
reperi summam, atque integerrimam fidem in dictis  
tribus extitisse: ac præsertim in traducendis his verbis  
Epistola D. Ioannis Courtaulim pro Vicarij Apostolici  
ta 15. Maij 1677. quæ sic habet, iuxta traductionem a  
factam ex Autographo, cuius characterem esse prædi-  
Domini probissime novi; utique cum varijs eius alijs  
litteris a me collatam, sic habet: *Hoc modo procedo præser-  
tim cum iunioribus, primò illis declaro veram fornicationem  
ipsis esse licitam, idque pluribus terminis.* In hoc autem per-  
iuros Patres dicebant, quod omisissent adiectam particularam  
*cum iunioribus coniugaris,* ita ut velint per fornicationem  
veram pluribus terminis explicari solitam à Reverendissi-  
mo Domino, intelligi debere copulam maritalem; de inten-  
tione scribentis non dispuco. Cæterum testor me in  
Autographo talém particularam, nempe *coniugaris*, nullo  
modo legisse, nec umbram eius invenisse. Quod si vero in

Ipsa India apud eos ; qui rei veritatem tam facile possunt cognoscere, ita falso mendacijs, ac perjurij accusantur Patres Societatis, quid erit Romæ apud eos , qui difficile rei veritatem possunt cognoscere ? Sic omnia ad nostram iustificationem scripta, & dicta facile elidi potuerat, dicenda esse mendacia, ac perjuria, & si testimonio ad confirmationem Innocentiae nostræ adhibeantur, dicentur illi testes esse perjuri, scilicet qui à Patribus mentiri, ac peierare dicserint. In qua tandem tempore devenimus ? adhibetur fides Notariis Apostolicis in Oriente constitutis, quorum tam depravata est vita, ut palam sint opprobrium, & summa infamia gentis suæ; adhibentur testes viri perditissimi, neophyti, pecunia, & pollicitationibus ad falla contraria cōscientiam proferendæ ad acti. Etenim nota est vita, & mores Amatoris Coello Notarij Apostolici in Regno Siami; quem Rex Siamesis quoque longè in exilium missit, omnium iudicio optimè pro meritum, in quo forte periisset nisi vnius è Patribus Societatis intercessione revocatus fuisset, qui pro suo persecutore Christi exemplo per oravit. Adhibetur in testimonium Petrus Rodriguez, qui vitam proficacissimam desperatus finivit, ut nunquam potuerit ad Confessionem Sacramentalem induci, ante mortem faciendo; qui quondam interrogatus, cur ita præfracte contra Patres Lusitanos, iniusteque pugnaret, respondit, se à Demone ( scilicet, ut credo, Mammona ) tentatum esse. Sollicitatur neophytus Cochinchinensis ad scribendum Rodam ad Pontificem graves querimonias contra PP. Societatis ; Patres in quam suos, qui eum in Christo genuerant, ut vnius querela neophyti tofius illius Ecclesiæ nascentis vocem representaret; qui quidem post modum conscientia stimulis ad actus, ut famam iniustissimè aemptam restitueret, retractationem ad Summū Pontificem misit his verbis, quam quoque in Ecclesia coram frequenti populo publico legi curavit ad plenam iniuriæ illatæ satisfactionem; sic ipse ait. Primi, & principalis Ordinis Sancti Petri Religiosi ( ita in Oriente vocantur Missionarij Apostolici ) exinde etiam in corde machinati sunt, & unanimiter tentaverunt nos, & impulerunt, ut ego Bartholomaeus cum alijs quorumdam oppidorum nomine querelam esformarem, accusationem

perare omnes falsum testimonium impingorem; Et huius infernorum  
 nient: hoc admisi contra Societatem Iesu. Et infra. Ex eo remo-  
 poterit quo hanc postulationem confeci, Et mendacibus verbis  
 accusationem concinnavi, ut ea ad Sanctissimum Papam perve-  
 nixerit, ex eo inquam tempore usque nunc ego iuxta rationis regu-  
 las hoc examinavi, praeeritum crimen considerans; Et inde  
 ebonum nomen Societatis Iesu me deturpasserit: ego times ne  
 deinde inferorum supplicijs meum crimen Dens puniat; ego  
 Jane postulationem feci, etiamque proposui eo quod primi, Et  
 principalis Ordinis Sancti Petri Religiosis mecum alijs ad id im-  
 pellentibus obsecratus fui, &c. Hec accidere traducta sunt  
 ex Authographo propria manu Bartholomaei praedicti scrip-  
 to, & firmato in lingua Annamitica, quae est in Cochinchina  
 vulgaris. Siccine ergo in Oriente ita pedibus omnium  
 conculcatur Societas, vt à Neophytis ex torta per fraudem  
 falsa testimonia, & virorum nefariorum verba tamquam  
 oracula primat veritatis habeantur? atque interim si quid à  
 Patribus Societatis pro sua innocentia profertur, illicò pro  
 mendacio, aut periurio habeatur? Profectò si à fructibus co-  
 gūm oportet eos cognoscere, iuxta verbum Christi: testan-  
 tur ipsa Missionarij Apostolici, quod in Orbe terrarum vix  
 repiriri possint Ecclesiaz vitæ innocentia ac fervore pares  
 ijs Ecclesijs, quas plantatas à Patribus Societatis invene-  
 runt? quid igitur opus est testimonio, vbi clamat res ipsa:  
 vbi clamant tot ora, quot neophyti? eos qui illas Ecclesias  
 primitivaz Ecclesiaz fervore, & vitæ probitate pares crexe-  
 runt, non esse homines tam profligatos, qui mentiri, & pe-  
 ciatore assuecant, cum arbor mala non soleat bonos fructus  
 facere.

Quod si vero liceat, argumentum retorquere: tempus  
 & charta deficiet volenti mendacia eorum recensere, qui  
 mendacijs, & periurijs Patres Societatis accusant. Notum  
 est in Cochinchina, & Tunquino, quod publicè in vulgus  
 parserint, Societatem Iesu iam in Europa extintam esse,  
 Aliaque iniuriosa. Comprehensos suisse Patres aliquot  
 Franciscanos iussu Lukianiz Regis, eo quod etiam ipsi  
 Bullis nondum Archiepiscopo presentatis non obedi-  
 sent. Patres Societatis, qui in Cochinchina erant Missionarii  
 Venerio (quis credat talia calumniae tamen temeritatem?)  
 duxerunt

Quos Clericos Gallos occidisse; eosdemque prœcurasse, ut  
 in Camboya, & Macai Clerici duo comprehendenterentur; ita  
 ut nullum sit malum, nullum infortunium, quod illis tam  
 quam auctoribus non tribuatur. Et quod longè deterius est,  
 apud Sanctam Sedem Romæ accusentur. Etenim de his  
 sine vlo pudore, & fundamento fuisse accusatos, constat  
 ex ipsa accusationum serie, quæ ab Illustrissimo Domino  
 Heliopolitano Romæ facta, huc autenticè transmissa est.  
 Quis autem non sine animi ægritudine hunc modum ca-  
 lumniandi ferat? Etenim constat, eos Clericos, qui ibi  
 mortui sunt, & de quorum morte PP. Societatis accusan-  
 tur, aquarum in salubritate in eo loco, in quo versabantur,  
 sibi morbum conciliasse, Patribus multorum dierum spa-  
 tio inde distantibus. Constat ipso. um Clericorum testimoni-  
 o. P. Bartholomæum Societatis Iesu in Cochinchina Mis-  
 sionarium vitâ penè amissam restituisse D. Benigno Vachet  
 Gallo Missionario Apostolico, qui quoque modo beneficij  
 memor illius Patris erga se charitaré in pericolosissimo ad-  
 diuturno morbo prædicare, non desistit. Constat ex authen-  
 tico testimonio Gubernatoris Episcopatus Macaensis, hic  
 iuridicè dato, ambos Clericos nullâ prorsus Patrum insti-  
 gatione fuisse comprehensos. Deus immortalis! eò ne re-  
 dacti sumus, ut sine vlo alio, nisi temerariæ suspicionis funa-  
 damento, quam suscitat ipsu. n odium in Societatem, accu-  
 semur de gravissimis sceleribus in ipso Summi Pontificis  
 Tribunal, ita ut nec iustæ defensioni locus reliquatur? Ita  
 credo, quod si nuper aut Macai comprehensus fuissest D.  
 Courtaulinus, vti propè factum est, aut in China capite  
 plexus, quod sine facultate Imperatoris in Chinam intras-  
 set; aut saltē si inde fuissest expulsus, illicò Romæ de eo  
 carcere, de ea expulsione, de ea morte, tamquam eorum  
 machinatores Patres Societatis fuisse accusandos. Denique  
 finis non esset dicta eorum, scripta mendacia recensere, quæ  
 etiam authenticè hic probare possem, præsertim Romæ ad  
 accusandam Societatem exhibita; quare, multis præter-  
 missis, solum hic adiicio, quod illi ipsi qui Patres Societa-  
 tis quondam falsitatis in relationibus suis impressis accusa-  
 verant, illi ipsi tamparum curam habuerunt servandæ veri-  
 tatis in relationibus impressis Parisijs, ut sine zili in Oriente

te legi non possint. Et sane ibi illas occulant, ne palam recte  
mendacia omnium oculis obiecta, omnem deinceps illis  
Idem eripiant: & in Regno quidem Siamesi, testis ego  
sum, adhibita sufficienti diligentia, vix trecentos Siamesi  
ses Christianos censeri, parvulis etiam computatis, cum i  
mendicat relatio impressa Parisijs de anno 1674. 75. &  
76. tantos ibi fieri progressus fidei a Missionariis Apostoli-  
cis, ut pagi integri, Mandarini per multi ad audiendam  
Christi legem concurrant, & baptismum postulerent: alia  
multa prætermitto, quibus sediu Europe imponatur, for-  
se dabitur tempus, & locus singula singillatim speciali  
fractatu recensendi: ad quod ius mihi tribuere videtur So-  
cietas Iesu innocentia falsè toties mendacij accusata: cum  
ius sit inculpatæ tutelæ tela temere obiecta, retorquenda  
Quamvis autem mihi festinè transendum sit, cum hic po-  
tius studiem innocentiam læsam defendere, quam alios ac-  
cufare, non tamen prætermittendum videtur publicum il-  
lud, & insigne mendacium, quo occultare nituntur oppor-  
tunè, & importunè illum casum, quem contigisse in In-  
sula Sancti Laurentij memorat Navarrete, qui licet ipse in  
multis, non bene instructus scribat: vti edita contra eum  
Apologia demonstrat, tamen in hoc veridicus fuit. Cum  
ipse audivisset, mendacium esse id, quod referebat Na-  
varrete, idque testaretur Missionarius Apostolicus, qui  
præsens ad fuerat, ego rei veritatem exploratus, tandem  
inveni virum Religiosum prudentem, & graveni, qui mu-  
hi retulit casum cum minutissimis omnibus circumstantijs  
in ea Comœdia testis occulatus, & actor, ea sic se habet. Ve-  
nerant ad aliquem portum Insulæ Sancti Laurentij plures  
naves Galliæ cum Domino la Haie Supremo Præfecto; ve-  
nerat, & Illustrissimus D. Heliopolitanus: is die Iovis  
Sancto, celebrato devotè officio, ad mensam dictum Reli-  
giosum invitavit. Hæsit ille attonitus videre splendidum  
Convivium ex magna volucrum, & aliarum carnicum va-  
rietate præparatum, cui & plures Missionarij, qui cum Il-  
lustrissimo Domino venerant, accubuerunt: excusavit ta-  
men prædictus Religiosus hunc ieiunandi modum, non ob-  
defectum piscium, qui in eâ maris orâ non de erant: sed  
de privilegia, quæ fuerunt illis concessa: Verum dic Vene-

ris Sancto cum post officium nudis peditibus ab Illustrissimo celebratum, videret quoque mensam exquisitè, & splendi-  
dè multa varietate carnicum præparatam, velut in ipso  
die Paschali, ipse erubescens cepit, aliquas herbas crudas  
cum oleo, acetoque appositam comedere, & nihil amplius:  
assidebat lateri Illustrissimi Domini, qui percunctatus, cur  
alia non ederet? Respondit, Lusitanos non solere die Vene-  
ris Sancto carnes comedere, sed potius res amaras in mea  
moriari Passionis Christi eo die mortui pro nobis. Hæsit  
ad hæc verba Illustrissimus Dominus subiratus, & reliquo  
mensæ tempore taciturnus. In quo credo ego, quod vius  
fuit facultatibus acceptis à Sancta Sede; sed si in eo non est  
culpa, cur mendacio res publica tegitur? Si vero culpa est,  
cur non agnoscitur? sed tempus urget ad alia.

### §. V. Alia dicta, Scripta Patrum Societa- tis à calumnijs vindicantur.

**G**RANISSIMA facta est accusatio Romæ ab Illustrissimò  
GD. Heliopolitano, quod PP. Societatis Siami, & alibi  
dixerint, suas Bullas à Pontifice acceptas esse subreptitas,  
ideoque oblatas anno 1672. respuerint, vt ait, cum magno  
contemptu, ita vt in concione dixerint, se numquam Vi-  
carijs Apostolicis, nec Bullis Pontificum parituros, donec  
præceptum R. P. Generalis accederet. Addit Patres dixisse  
interdictum à Vicarijs Apostolicis positum esse nullum, vi-  
duas quæ more Monialium vivebant apud Seminarium  
Sancti Iosephi, esse depravatas. Alia eiusmodi non pauca  
concessit, & confirmavit Notario Apostolico Amadore  
Coello, testibusque exhibitis; quibus plus infamiae accusa-  
tioni, quam auctoritatis accedit. Etenim nihil magis pro-  
brem est Siami, quam Vicarios Apostolicos tales Notar-  
rium elegisse, cuius vita, & mores omnibus odiosi, multis  
noxijs haec tenus extiterunt, eius acta subtileo, ne plusquam  
neccesse est adiustam defensionem, hominem adhuc vivum  
accusem. Qualis deinde testis ille, qui se à Démone tenta-  
tum aiebat, vt temere contra Lusitanos ageret, & qui deniq;  
ue impenitens, & respuens Ecclesiæ Sacraenta, licet sa-

nō, & integrō iudicio, instat vnius ~~Missionarii~~ fidei de-  
 cessit. Ut autem ad singula respondeat breviter, narratio-  
 niem rei præmitam. Venerunt Domum nostram D. Cour-  
 caulim, & D. Langlois Missionarij Galli, ut Patrias Bullam  
 Pontificiam intimarent; caput D. Courtaulim vociferari,  
 & ingenti strepitum rem agere, perinde quasi more Castro-  
 rum expugnare vellet Ecclesiam nostram: nam & in Cym-  
 ba sua reliquerat Christianos aliquos Cochinchinenses: ar-  
 mis, ut aiunt, benè instrutos. Superior qui tunc erat Pa-  
 trum Societatis, ut tempestati locum daret, abscessit, veritas  
 tamen ne maiora scandala nascerentur, reversus ad Mis-  
 sionarios breviter respondit, se non negare esse Bullam Pon-  
 tificis, quæ offerebatur; sed non posse acceptari, & execu-  
 tioni mandari à Religiosis, nisi prius Metropolitano exhibi-  
 beretur, iuxta Ecclesiæ consuetudines, & iura. Interim Mis-  
 sionarij exardescere, minari, & clamores inconditos edere,  
 ac tandem Bullæ exemplum in Domo nostra relinquendo  
 abscedere. Verum cum famulus neophytus ad eos Bullam  
 retulisset, illi è Cymba in ripam proiecerunt: factumque  
 est ut ibi remanserit, donec admonitus P. Superior, eam  
 illicò ad se perferrri iussit, intactamque servavit. Novum  
 fanè, & inauditum genus Bullas Pontificias publicandi, quas  
 si non acceptaverunt Patres ante quam exhiberentur Me-  
 tropolitano, id vitio imputari non debet iuxta ea, quæ suprà  
 probata sunt; quod autem super hæc accusent Patres, quod  
 insuper plebem post aliquot dies ad parandam seditionem  
 concitarint, id planè falsum est. Contrà vero cum fama per-  
 crebusset in Colonia Lusitana, Missionarios parare vim  
 inferre armis, ad occupandas Ecclesiæ, iamque ad arima  
 convolarent Lusitani, Patres Societatis, cum non valerent  
 eos compescere, admoneri curarunt Illusterrimum Domini-  
 num, ne vim armis inferret, eo quod non posseat ullo mo-  
 dò Lusitanos ab armis, & vi repellenda cohibere; adeòque  
 in eum recideret, si quid inde infortunij contigisset. Quo  
 ad velò estm concionem tam graviter accusatam, falsa sunt  
 omnino de ea relata; sed solùm dixit concionator noster,  
 qui erat P. Tissonier Gallus, & Residentia Superior, quod  
 illæ Bullæ Pontificiæ vim non haberent, in quantum non  
 erant Metropolitano præsentatae; adeòque vana esset Ex-  
 com.

commun̄cacio, & interdictum latum ob Bullas non receperas. Quod quidem non solum omni criminē vacat, sed contrā publicē dicere necessarium erat: eo quod rudi populo gravissimos scrupulos moverant Missionarij Apostolici, vbiq̄e disseminando Confessiones Patribus factas deinceps esse invalidas quod quām imprudenter, & imperitè dictum sit, ex suprā probatis colligatur. Denique quod spectat ad Sancti Moniales, quæ iuxta Seminarium Episcopale erant Congregate, falsum est quod Patre è Societate eas perversas dixerit, sed quidam mercator Anglus dixi, sibi Monasterium illud graviter displicere, eo quod indigenis Infidelibus præberetur occasio suspicandi, Domum illam Monialium non tam Domicilium esse virtutis, quām Lupanar. Et verò non benē in terris Infidelium quadrare istud Consilium, probavit eventus; nam paulò post illæ Moniales singulæ ad suas Domos dilapsæ, vt & ipsa Abbatissæ, Domum vacuam reliquerunt; quodque tantoperè Romæ, & vbiq̄e relationibus elevatum fuit, scilicet Siami, & in Cochinchina Monasteria Monialium erecta, quæ magnum virtutis odorem spargerent. Omitto varia alia dicta, quorum Patres Societatis temerè accusant, quibus accusationibus singulari Patres etiam num vivi prolixam responsionem ad Sac. Congregationem miserunt; quibus accusationibus non facile adhiberent fidem Eminentissimi Patres, si nosse odium Patrum Societatis, quod in multis Missionarijs suis palam spectabile est; de quo infrà agetur; atque insuper falorum testimoniorum, ac peruriorum frequentiam in his locis vbi per multi, vel exigui lucri causâ, vel sua luxuriâ à Patribus Societatis coercitâ, vel punctâ, nulli scrupulo ducunt, quidquid effingere, queant, contra Societatem testari. Et verò quomodo testes, aut Notarij sibi id Religioni ducent, qui multos annos palam cum Pellice Domestica traducere, manus etiam Sacerdotum sanguine, & nece masculare, non erubescunt, omnia divina, & humana sine scrupulo violantes? Et quidem testatus est D. Vachet Missionarius Apostolicus cuidam è Societate, quod quædam mulier accusarit apud se Bartholomæum de Acosta Societatis Iesu, quod secum commisisset peccatum; quæ post modum facili veritatem adacta (etenim P. Bartholomæus triduo ab-

Erat eo tempore, quo se peccasse cum illo ipse dicebat  
 respondit, se istud crimen Patri affixisse existimans, grā-  
 tum hoc testimonium Patri Missionario futurum; qui ta-  
 men ipse pro sua probitate, quam ego novi, agnitiā falsita-  
 te, probè mulierem castigari curavit. Et ne adverteret ab eam,  
 testis est recens huius anni P. Antonius Societ. Iesu, qui  
 cum studiosè curasset, quorumdam inveteratæ libidini  
 mederi, à blandis remedij ad acriora progressus, ita rabiem  
 quorumdam in se exacuit, ut nec tutus devita noctu ad ex-  
 cipiendas periclitantium confessiones exiret; nec acerbissi-  
 mas iniurias pluribus litteris ad eum Siamo Macaum scrip-  
 tas evaserit; verbēa, ac fortè necem etiam manu Lusitana  
 excepturus, nisi libidonoforum hominum manus discedens  
 evasisset. Sanè eius amicus Constantinus Græcus, vir gra-  
 tiosus apud Regem, cum in curia commendatum sibi à  
 dicto Patre negotium contra hominem libidinosum, de-  
 prabaturque vigeret; ut scilicet redire cogeretur Ma-  
 caum, vbi frænum eius publicæ libidini injici posset, tantas  
 calumnias perpessus est, ut in carcerem fuerit ipse coniec-  
 tus; è quo tamen illico discusa calumnia, cum honore exi-  
 vit; atque post modum coactus sic P. Antonij litteras publi-  
 cè exhibere, ut excitatam contra se rabiem compesceret,  
 quam Pellicum, & libidinosæ vitæ amor excitaverat, ac in  
 Patrem retrorqueretur, quem sciebat iam positum extra teli-  
 iactum, non nisi vanas sine viribus iras experiri posse. Cate-  
 rum fatis coniisci potest, quid absentis fama ab eiusmodi  
 iustissimè impugnatis flagitiosis hominibus pati possit, & si  
 testimonium peteretur, quod nam est flagitium tam atrox,  
 quod salutari Medico suo illi homines inveteratæ ac publi-  
 cæ libidinis affingere erubescerent, & syngrapha, editio que  
 suramento confirmare? alios præterea in eiusdem falsi testi-  
 monij consortium adducere? Quod si ergo adhibeantur  
 eiusmodi Notarij, & testes, uti notum est, factum iam fuisse  
 contra Patres Societatis; & aliunde si iustificatio facta à Pa-  
 tribus, promendacio, & periurio habeatur, vbi tandem tuca-  
 erit innoecentia? vbi virtus eo acrius lacescetur falsis testi-  
 monijs, quo magis ipsam depravatæ vitæ homines, quales  
 plurimi esse solent in Colonij Europæorum, in India sti-  
 mulis exhortati, atque minarum lacescent.

**§. VI. Varia enormes calumnias Patribus  
Societatis afficta à Missionarijs Apostoli-  
cis proferuntur.**

**H**Oc postremo loco in medium proferò ex exemplariis  
bus authenticis, atque etiam ex ipsis authographis  
enormes calumnias, quæ contra PP. Societatis fuerunt  
coniecta, ex quibus facile colligere licebit, quid tamen mo-  
menti esse possit in alijs accusationibus minoris notæ, cum  
hic depositus omnis pudor, & conscientia videatur, ad Pa-  
tres Societatis falsis criminibus vbiique infames reddendos.  
Primum produco Epistolam Pastoralem Illustrissimi Do-  
mini Berithensis, quæ data est Siami 7. Octobris 1667. ac  
deinde è Latino in Linguam Annamiticam translata, ut in  
omnibus neophytorum Ecclesijs publicaretur. Hæc sunt  
eius verba: Fœliciter contigit, ut plene rescriverimus, quanto  
sit Missionariorum in hisce Orientalibus Regnis corruptelæ  
maxime vero Jesuitarum, qui vni fere in Missionum nostræ  
locis existunt; ea porro tanta est, ut fidem superet, cau-  
sam vero per quirentibus nobis, non diu fuit laboratum; quo-  
niam palam observatur in expleta diuitiarum famæ, qua tor-  
quentur, &c. Et infra.. Neque miraculo videri debet cui-  
quam in posterum, quod res Christiana tam exiguos fruc-  
tus tulerit, quinimo ea tam vilis est in omnibus, his Regioni-  
bus propter horum Religiosorum scandala gravissima, ut me-  
ritò dubitari possit, num multò satius futurum fuisset Eccle-  
siæ, si numquam hac permeassent; homines quippe infideles cum  
insuerint agendi rationem huiusmodi Religiosorum, duci non  
possunt, ut aliud eradant præter diuitias, vel saltē eas, fidei-  
que propagationem ab Evangelij prædicatoribus pari studio  
quæri; omnium quippe oculis patet, quod ex eo tempore quo Je-  
suitæ Sanctæ Sedi morem gerere recusarunt; quo ad præsens  
negotium videlicet, aliaque quam plurima, uti cum per eos sten-  
sit, ne Missionarij eò accederent, quo missi fuerant ad prædi-  
candum Evangelium, vel etiam cum præcepta Ecclesiæ popula  
denunciare, iuxta Summi Pontificis mandatum neglexerunt,

40

Tota res Christiana miserè deperire; &c. Et infra... Pro debito  
efficij nostri conscientia, ut predicta Urbani Octavi Bulla  
in vernaculum Sermonem vertatur, cum praesenti hoc iudicio  
nostro legenda, promulgandaque ad fines Ecclesia nostra in  
Regno Siam: post solemnem promulgationem apponenda mira-  
tur ad omnia iurisdictionis nostra loca; ibique pariter in patrum  
idioma vertatur, publiceturque quot annis duabus vicibus; id-  
que coram fidei populo diebus Dominicis per Missionarios, &  
Parochos post Missam Curialem, &c. Hactenus Pastoralis Il-  
lustrissimi Berithensis, quam sane vbi primum vidi, vix  
credi oculis meis, scilicet à Catholicò Praesule, uti putar-  
amus, talem libellum diffamatorium prodijste: atque apud  
neophytes publicatum: illi sunt fortasse pedes, quibus ali-  
quando uti ipse scripsit, aiebat se Societatem Iesu concul-  
caturum, scilicet confictis eiusmodi criminationibus fama  
exuendo apud neophytes: & sensim eius expulsionem pro-  
curando ex illis Ecclesijs, quas ad splendorem Primitivæ  
Ecclesiæ Patres Societatis exixerant. An umquam in hoc  
Oriente tam atrocia dicta sunt ab aliquo Calvinista, aut  
Lutherano? præsertim de ijs qui in hoc extremo Oriente  
laborant, quos in Iaponiæ ignibus constantes ardere, iacere  
in fossis, pulcherrimas Ecclesijs à fundamentis, neophytis  
numerossissimas ipsius Ecclesiæ Romanæ hostes viderunt,  
& suspexerunt. Sane proferatur aliquando, vbi in India  
Orientali, vel Occidentali sub Paganis Regibus tam exiguo  
tempore Christi Regnum amplificatum est; vbi tandem  
sint pares Iaponicæ, Chinensi, Tunquinensi, atque Cochinchinensi Ecclesijs? vbi æqualis pro fidè fuenta constantiæ  
Christianorum fervor, & innocentia tot, tantisque accen-  
sis persecutionibus: Et haec tamen Ecclesiæ ab una Provincia  
Societatis Iesu numero exigua erectæ sunt, amplificatae, &  
conservatae; quæ licet iure merito inter omnes Provincias  
Societatis primam laudem mereatur conversorum Infide-  
lium multitudine, erectarum Ecclesiaturum numero, & mar-  
tyrum suorum fere centum incredibili fortitudine, & con-  
stantia; tamen ut gravissime scandalosa, & omnium causa  
malorum in India publicatur, pedibusque scilicet odij, &  
calumniæ conculcatur. Nec satis est, quod tota suorum re-  
genti in adeat sanguine, à Tyrannis persecutoribus crude-  
lis

lissimè habita. Etiam ne ab ipso Sacerotū Præfulum Calamo pati debet incompenſationem fuorum erga Ecclesiam meitorum , ea quæ i pſis Iaponiæ lentiſ ignibus , alijsque Tyrannorum exquisitiſ tormentiſ magiſ acerba ei animuſ exulcerant: quæ quidem talia ſunt, vt nec à Calvinista, aut Lutherano graviora ſit perpeſta; ita ut auderent dicere, niſi Sacri Præfulis me reverentia cōtineret, eas, atque mox alias referendas iniurias ex eadem officina prodijſſe, qua libellus diſfamatorius, cui titulus Moralis Iefuitarum , & eādem reſponſione dignas eſſe, qua Ludovicus XIV. in Gallijs haēticorum malleus pro ſuo zelo in foro Parifiensi reſpondit. Et verò eo uſque progreſſa eſt quoruſdam invidia, ut Patres Societatis Iaponicae Provinciæ, peiores Calviniſtis, Venetiſcos, Sacrilegos, Idololatras, & quod horro dicere, Démonum iſcubos appellarent. Hæc mihi viderentur in‐ credibiliſ, niſi vel ipſem ex authographiſ, vel ex maximè authenticis scriptiſ per legiſlem, & ad quoruſ probatio‐ nem verba Adverſariorū traducta ex eoruſ litteriſ au‐ thographiſ reſero.

## *EXTRACTVM EX EPISTOLA D. Courtaulim ad D. Salseberi Anglum da‐ ta Siāmī ex ipſo autographo à me translatum.*

**D**rum oro, ut conſuetudo Patris Tiffanier, qua prolixe ac ſepiuſ ueris, tibi magiſ profiſ, quam mea, ac liber Domini Richelieu Cardinaliſ, dummodo Catholicae fidem ampletariſ, ſive hi, ſive alijs adiutoriibus ac ministris hoc facias, parum reſeret, dummodo ſaltem in eorum (ſicilicet Iefuitarum) ſchismā non incurras; & dum uis ex uno emer‐ gere gurgite, in alium magiſ periculouſum non dilabaris, ne‐ que incidas in Charybdim, dum ſeylant vitare cupis. Eorum deicitas & obſtinatio latiſ nobis doloris affert; non eſt quod noſtrum tua perditione macerarem auegas; nemo eſt, quem illi non ſollicitarent habere, ſocios volunt, & participeſ ſua obdu‐ racioniſ; & ſchismatiſ. Si quis uelit eſſe vir probuſ, hoc illa‐ ſe

satis est ut in eorum odini & offenditionem incurram hoc illis  
in primis cura est, ut secundum carnem maxima amicitia  
coniundi sint cum ijs, qui Dei Ecclesiae & nostri secundum  
spiritum sunt inimici. Hactenus Epistola D. Courcullum,  
quæ quidem scripta est longe ante quam Bullæ Apostolicæ  
fuissent Metropolitano præsentatae, quæ proinde ut supra  
evidenter probatum est, nullo modo poterant à Patribus  
Societatis acceptari, propter legitimam igitur Patrum Sia-  
menium responsionem supra relatae, an scribere poterat  
illi Calvinistæ ad fidem Catholicam transituro, peius fac-  
tum & periculosius, si Patribus Societatis, quam si Calvi-  
no adhæseret; an poterant vocari contumaces, coniuncti  
cum ijs qui Dei & Ecclesiae sunt inimici? an adeò profliga-  
ti & perditi, ut omnes viros probos odio habeant? profec-  
tò si evoluantur omnes libelli diffamatorij, quos Ianenistæ  
contra Societatem scriperunt, nescio an aliquid his pe-  
ius inveniatur, vel iure merito dicetur accuratam Synopa-  
sim eorum libellorum hac brevi Epistola factam esse, quæ  
proinde parem cum illis poenam mereatur.

Sed hæc, quantumvis maxima & atrocissima calum-  
nia figura, modica sunt præijs, quæ hic exhibeo excep-  
ta ex Epistola Domini Cheuureul data Siami 6. Augusti  
1674. cuius verba fideliter traduxi; ubi nota dum agit de  
Religiosis, cum agere de Patribus Societatis, qui tunc  
vnici erant.

## *EXTRACTVM EX EPISTOLA D. Cheuureul data Siami, Sc.*

**P**ERMISIT Dominus, ut ego in Camboja pernitiosam  
Sectam Veneficorum, & Pago distarum detergerem,  
qui exterius se profitebantur Christianos; & per hypocry-  
sum omnes ceremonias Ecclesiaz servabant: ut autem res  
occulta foret, tempore noctis ad sua Sabatha, & Pagodes  
conveniebant, ut Demoni sacrificarent; erant in illa Secta  
non solum Seculares, sed Sacerdotes, & Religiosi. De eo  
facta est ampla relatio iussu Illustrissimi D. Episcopi ( sci-  
licet Heliopolitan ) quæ Missa est Romam, & bsevitæ

semz

Temporis hōn dāt locū plurā declarandi. Illustrissimus  
 D. Heliopolitanus , qui eum relationem in otio legit eius  
 circumstantias declaravit : solum dicam illos miserabiles  
 cum omni excessu malicie vivere, eo usque ut in Sacrificio  
 Missæ Hostijs ex farina orizæ , & vino ex oriza confecto  
 deerentur. Et paulò post... Quod vero ad hoc esse conquesitus  
 apud Visitatorem , qui deputatus venit à Capitulo Goano , ex-  
 pulsus olim e Societate Iesu , nomine Antonius de Morais ,  
 quem postea cognovi esse eiusdem Sectæ , curavit ille publicari  
 libellum famosum contra me , ex sollicitatione pro caldubio Je-  
 suitarum , qui erant in isto Regno , quos mibi dixerunt esse  
 eiusdem Sectæ. Et infra : Notum est quoque predictam Sectam  
 magnopere stabilitam esse in Urbe Goana , inveni integras Re-  
 ligiosas Familias hoc veneno infectas. Res est digna commis-  
 ratione , videre in India illius gentis depravationem ; & cor-  
 ruptelam... Et infra. Huic rei noticiam accepi ex illis ipissimis  
 qui in ea Secta vixerunt , & per poenitentiam ab illa resipisci-  
 centes mihi omnes illas abominationes detexerunt , accepi testi-  
 monia contra sex , aut septem graviores Patres Iesuitas Pro-  
 vincie Iaponica. Hac omnia scriba , ut Vigiles , & observes an-  
 tistud veteram peruerterit in Tunquinum , quemadmodum ego  
 timeo: Etenim vehementes habeo suspicções de Patre Fuciro ,  
 & de Sodalitate misericordie , qua dicitur stabilita in Tunqui-  
 no , estque Sodalitas Ebriosorum , & scandalorum hominum.  
 Et paulò post... Via per quam haec omnia detexi , fuit in Sacro  
 Tribunali Pœnitentiae , ubi inveni personas compuratas fœdi-  
 simis speciebus Luxuria , qualis est Sodomia , Bestialitas , ac de-  
 nique ad ultimam turpititudinem peccati cum ipso Dæmonে de-  
 veniunt. Inde nata est occasio per cantandi , in qua figura De-  
 mō appareret: magisque ordinaria erat figura Cabronis , aut ferrari  
 nigri: tempus vero noctis erat post quartam , aut quintam Feriam.  
 Inter abominabiles actiones , qua ibi fiuit , primū Deo , &  
 Christo Iesu eius filio abrenuntiant , atque eius Sanctissime  
 Matris , omnibusque Sacramentis. Secundo Dæmonem adorant  
 in figura Cabronis visibilem , qui eis signum suum in fronte , &  
 corde imprimit , &c. Deus bone quis abstineat à risu , legen-  
 do hanc impotentem calumniandi libidenem usque co-  
 provectam , ut viros Apostolicos Societatis Iesu ex omni-  
 bus Europæ partibus ad has Missiones selectos , scilicet Lu-  
 sis.

sitanos, Germanos, Italos, Gallos, Hispanos, Belgas, Religiosos virtutibus illustres; & muitos eorum nobilitate, & doctrinā usque adeo insanuisse dicat, ut eo tempore quo tam præclaras Ecclesias Christo pariunt, ipsi Deum, & Christum abnegent, Dæmonem adorent, Hostijs, & vino ex oriza factis sacrificent; Sodomias, Bestialitates, & cum Dæmone ipso nefarios concubitus admittant, sic ut non Societas Iesu, sed potius Luciferi dici mereatur? Et hæc quidem, ut ait, ab Illustrissimo Domino revisa Romana inituntur ad formandas accusationes contra PP. Societatis. Hæc sunt pulchra arma, quibus ad illos eius Missionibus expellendos decertatur, quibus ipsorum fama tam præclaris laboribus, & fructibus acquisita impugnatur: & quidem tanto impetu, ut huius insanii hominis tam cæca delicia proveris habeantur, & dignis que offerantur Sacrae Congregationi; Patrum autem dicta etiam iuramento eorum firmata, dicantur esse mendacia, & periuria. Quinimò præmio, & approbatione tam insaniarum calumniarum, cum auctor in domunculam retrudi deberet, eodem tempore quo omnium hæreticorum insaniam superat contra Societatem, ab Illustrissimo D. Heliopolitanus in Episcopum, & Vicarium Apostolicum deligitur, tanto quidem impedio quasi unum Ambrosium, aut Chrysostomum consecrandum proponeret. Et ne de hac re penè incredibili dubitetur, certum testimonium exhibeo ex prædicti Illustrissimi Episcopi Cartis Manila interceptis eodem anno, ex quibus sequentia fideliter subijcio.

*EXTRACTVM EX MANVS  
cripto invento Manila, apud Illustrissimum  
Dominum Heliopolitanum.*

**D**ISTVLIMVS quantum potuimus electionem. Successoris Illustrissimi Metellopolitani, quando quidem non conveniret, ut in eodem loco tres Episcopi versarentur; cum demum urgeret discessus Procuratoris, quem cum hac electione mittimus statuimus Dominus Berithensis, &

ego illam electionem facere immédiate ante discessum  
 Domini Chamoison. Ordinavimus ut Ecclesiastici nostri  
 novem diebus ante electionem recitarent hymnum *Veni  
 creator, & ieiunarent tribus diebus ad obtinendam in negotio  
 tio tanti momenti assistentiam Spiritus Sancti: deinde con-  
 veniens quod illa electio non posset cadere, nisi in D.  
 Cheureul, vel in Dominum Laneau, cum illi solum duo hic  
 adessent, qui nobiscum venerant: solum labor supererat in  
 cognoscendo, quem ex duobus elegisset Dominus; ad hoc  
 nihil prætermisimus, & trium dierum spatio habuimus tres  
 conferentias admodum prolixas, considerando utriusque  
 doctes nobis cognitas, animae, & corporis, naturæ, & gratiæ,  
 vires, & infirmitates, circumstantias electionis, Missionis  
 bonum commune, & particulare Regni Siami. Denique  
 credo nihil nos inscrutatum reliquisse, sic tamen ut diversa  
 esset utriversaque opinio, nihilque proponerem, quod Domini-  
 nis Berithensis solidè non refutaret; & contra nihil ille pro-  
 ponneret, quod ego solidè non refutarem. Denique fieri non  
 potuit, ut propositis utrimque magna animi æquitate ra-  
 tionibus, in unam ambo sententiam veniremus. Cum in  
 hunc locum res venisset, ego proposui exemplum Aposto-  
 lorum in electione Sancti Mathiae, quod statuimus sequi,  
 cum præsertim in quocumque illorum duorum fors ca-  
 deret, in hominem caderet illius dignitatis magnoperè  
 dignum. Eam ob rem Dominica sequenti convenimus, ego  
 paravi duas scedulas, quæ paruis pixidibus similibus fue-  
 runt inclusæ, & ambæ in pileum proiectæ; deinde aliquas  
 preces fudimus ad Spiritum Sanctum, ad B. Virginem, &  
 ad B. Iosephum tribus vicibus repetijimus illam insignem  
 orationem, quæ est in Actibus Apostolorum: cum Domini-  
 nis Berithensis unam pixidem extraxit, in qua inventum  
 est nomen Domini Laneau. *Illic grarias egimus Deo de illa  
 electione, &c.* Et infra... *Hic non dissimulabo, quod licet non  
 dederim sententiam in favorem D. Laneau, tamen valde ga-  
 visus sum de sua electione; cum nihil cederet prudentia, sci-  
 entia, alijsque doctibus Domino cheureul.* Et infra.... *Quod at-  
 net ad D. Cheureul, indico magis convenire, ut hic non rema-  
 neat, cum sit futurus magis virilis, & necessarius in Tunginois  
 aut Cochinchina, &c.* Hactenus Carta Illustrissimi Domini:  
Quis*

Quis verò sani iudicij hic non obstupescat, tot celebri ieiunia, tot orationes fieri, & conferentias, tam longam dissertationem adhiberi, prudentiam, scientiam, aliasque dotes unius hominis commendari, qui vel gravissime eo tempore pro calumnijs fratris puniri merebatur; vel pro stultitia intrà quatuor parietas recludi! Talis homo in Vietnam mittitur, ut in Vicarium Apostolicum eligatur: qualis profectò si exijsset, fama proculdubio spargi poterat, Patres Societatis reos esse eorum, quæ illicis affinxerat; cum post tot ieiunia, & orationes ex speciali Spiritus Sancti assistentia velut alter Matthias exijsset Episcopus, suoque Episcopali sigillo, ac syngrapha confirmasset.

Verum quidem est puduisse Missionarios Apostolicos calium calunniarum, vbi publice fuerunt detectæ; ac dixisse, id ex læsione cerebri processisse, quam frequentia dicti Domini ieiunia, & vitæ asperitas in Camboja causassent. Ne c ego multum hanc excusationem reijsco; quinimò eam confirmo, visa eius Epistola data in Alam Thuien Cochinchiræ i. Martij 1678. quæ plena est delirijs, & læsi cerebri manifestum argumentum. Immò id ipsum probat epistola Domini Bouchard: ad Illustrissimum Berithensem datâ 30. Ian. eiusdem anni, quæ quia favet ad iustificationem Domini Cheureul, eam hic fideliter translatam ex ipso authographo subijsco. *Imaginationes, & illusiones D. Cheureul quas habuit in Camboja, Macai, & Goa, etiam hic perseverant, vix abeo discesseram, cum sibi persuasit, omnes Christianos in eius ruinam conspirare.* Et infrâ: Non excludit ex eo numero Carolum, & eius matrem, quæ istius Provincie optimæ est Christianæ; adeòque tenetur dicere, quod omnes qui ex confitentur, sacrilegia committant; hoc non confundo. Fundamentum sue credulitatis est (*inquit ipse*) ex quod Christiani publice in Ecclesia de eo trattent, & quod eos audiat de ea colloquentes tam clare, & distinctè, quam dum mecum ipse loquitur: èò veni ex Nhauc expressè, ut eam imaginationem illitterem; sed haec tenus frustra. Ceterum etiam si prædicta sibi eerrò persuadeat, nihil tamen exterius demonstrat; nec idcirco cuiquam abolitionem denegat. En hactenus Epistolæ Domini Buchard. Interim tamen licet ut cumque nomine stultitia excusari possit; cur eodem prorsus tempore, quo eius

stul-

Stultitia etrumpebat contra Patres Societatis; vir prudens declaratur, & dignus qui ad Dignitatem Episcopalem evenhatur? Cur eius deliria revisa ab Illustrissimo Domino, & approbata, Romam demandantur, velut ferale telum, ad Societatem confodiendam? Sane hic prorsus haereo, nec possum studiosè licet conquisitis rationibus, solvere nodum istum, quem brevi hoc dilemmate comprehendendo: si sapiens est, cur tam enormes confitæ calumnias non castigantur, sed approbantur? Si stultus, cur dignitate Episcopali dignus iudicatur? nisi forte ut emissum contrà Societatem telum fortius penetraret. Sed satis dicta sint de ijs; ad atia ab temporis brevitatem celeriter expedienda festinandum est.

## *Q. VII. Quis sit affectus Missionariorum Apostolicorum erga Societatem?*

SATIS claram est ex calumnijs contra Patres prolati: quis demum animus esse debuerit contra Societatem, quain veluti pro scopo ex tressinare è Missionibus suis intendebant. Verum insuper paucas proferant hoc loco, ex quibus manifeste patet, de esse Spiritum illum charitatis, qua præfertur antiquos tanti nominis Missionarios, ac Misfronum fuarum parentes prosequi debabant. Et primùm quidem intrarunt in hunc Orientem tam vilem de Patribus Societatis conceptum præferentes, acque alijs de novo venientibus inspirantes, ut Semini Jesuitas, suisque tantum commodis servientes, & amantes eis dicitatent. Quinimò in ea instructione, quam anno 1665. Siam concinnatunt pro Missionarijs, approbavitque Illustrissimus Dominus Helopolitanus, statim initio habetur, quod sicut olim Xaverius venit in Orientem, cum fervor Missionariorum aliorum prorsus ferijasset; ita illi venerint eo tempore à Divina Providentia missi, quo ex tepiditate Missionariorum, siue Patrum Societatis adeò deperdita essent omnia, ut posset dici: *Desolatione desolata est terra, & nemo est, qui recogitet corde.* Id esset tolerabile, & cum silentio toleraremus gravissimam illam calumniam, si saltem ab anno 1662. quo-

in

in Orientem ipsi venerunt; necumque paria Societati Iesu fecissent. Sed quot, quæso impulit ardor moriendi pro Christo in Iaponia, ad illam afflictissimam Ecclesiam iuvandam? Ne vnicus quidem guttam hactenus sanguinis fudit; cum inter ea Patres Societatis exiguo tempore numero Nonaginta sex, tum lenti flammis; tum alijs exquisitis tormentis ibi vicam perdiderint pro Christo; ad quam vel etiam exiguis scaphis superato mari Iaponico, omnium maximè procelloso ad martyrij gloriam convolarunt. Et his ultimis annis plerique Iaponicæ Provinciæ Patres ipsis flammis arsissent, nisi moderatorum imperium desiderijs obstatisset, ne vno pretiosæ mortis fructu, magnarum virtutum ac doctrinæ viris ea Provincia iam satis illustrata suorum sanguine, carvisset. Præterea quantus est numerus Ecclesiærum, quas Missionarij Apostolici de novo erexerunt? in Regno Siamensi post viginti annos, licet nulla impediente persecutio[n]e, solum quatuor exigua, & nullius notæ facella cum trecentis Siamensisibus conversis numerantur: & tamen in una Regione, cuius indigenæ, si credamus Parisiensis relationi, atque etiam Illustrissimo D. Vicario Apostolico in illo Regno, facilius quam vlli alij ad fidem possunt converti. Intetim spacio triginta circiter annorum numerantur in Tunquino partim Tempia, partim Oratoria mille ducenta à Solis Patribus Societatis erecta, cum trecentis. fere animarum millibus conversis. Quid quod in Parrochia Immaculatæ Conceptionis in Regno Siamensi, vix vlli sunt Siamenses Christiani, cum sit à tot annis ibi ercta? Per soluci in eodem Regno eresta quoque Ecclesia, vix vlli præter paucos pueros neophyti numerantur ita ut percunctati ab aliquo inde reduce, quid ibi Patres Missionarij agerent? is responderit, quod ob inopiam fructus suæ vitæ maledicerent. Profectò siliceat à fructu homines metiri, quis non effusæ rideat eos, qui se Patrium Societatis reformatores profitebantur, tam pauca, eorum comparatione, præstisile? sed dices quod D. Cheureul 150. uno die in Camboja baptizarit vti testatur relatio Parisiensis; quod in Cochinchina quot annis circiter tria millia, in Tunquino quatuor millia à Missionarijs Apostolicis baptizentur. Ad primum respondeo, quod ipse prædictus Domini-

minus interrogatus Si am i de rei huius veritate , dixerit ri-  
dens, se solum in desiderio tot baptizasse. De alijs locis miru-  
non est, si de bene plantatis atque irrigatis à Societate arbo-  
ribus fructus multi sponte colligantur , cum in Tunquino  
solum Christianorum infantes baptizandi quotannis ultra  
quatuor millia inveniantur , qui numerum prædictum im-  
plere proinde possunt.

Profecto alias Spiritus assumendum est , vt Deus faveat  
pijs conatibus; neque enim Spiritus Christi Domini est , de  
se altè cogitare, & loqui; atque alios deprimere , verbisque  
continuo carperè. Scio ex viris summe fidei dignis, quod  
vix vñquam cum Missionarijs Apostolicis agerent, quin  
illi male, & cum magno contemptu de Patribus Societatis  
loquerentur , & interdùm plena manu calumnias sparge-  
rent. Iste Spiritus est amoris, & charitatis , quem Christus  
docuit, quem Ioannes Evangelista tantoperè commenda-  
vit , vt dicat inde distingendos filios Dei à Filijs Diaboli;  
prætermitto verba diffamatoria, quæ neophytis, quæ nostris  
etiam Catechistis contra Societatem dixerunt ; abstineo  
enim à neophytorum prorsus testimonij; ad alia magis  
authentica descendo, ac profero litteras D. Cortaulim pro  
Vicarij in Cochinchina, qui scribens Patri Candoni, sic de  
Patribus Societatis loquitur. Quæ enim Vtura? quæ Simonia?  
quod Homicidium suos factores non habeat , in Vtura semper  
reperiatur lucrum cessans, vel damnum emergens, largiter ex-  
pliando: in Simonia semper reperiatur intentio gratitudinis  
non emptionis: in homicidio semper reperiatur prætextus hono-  
ris, aut bonorum conservationis , aut utilitatis publicæ, aut  
etiam privatae; Et quod gravissimum est, ipsamet Idololatria  
suos habet factores. Nonne licitum indicantum est à quibus-  
dam adorare Idola exterius, dummodo interius adoretur Deus,  
aut imago abscondita? Ego igitur multos legi Doctorum libros,  
etiam Societatis ; sed eorum opinionibus parum adhæreo , nec  
probabiles censeo multas ex eis. Hactenus D. pro Vicarius,  
qui in alia quoque Epistola ad eundem fecit: Scribat ire-  
rum Reverentia tua hanc eandem Epistolam mihi , Et punc  
videbis signorem politicam Societatis : in hoc enim puncto me  
doctissimum esse glorior: exemplis enim infinitis regimen So-  
cietas per totum terrarum Orbem principis innisi improbaris  
persu-

40

perspicue ostendam; & ne hac ad particulares refundas exempla tibi referam Superiorum principalium, vel Universorum Regnum, vel libetum a principis Societatis Superioribus approbatorum; meam autem contra hac non referam sententiam, sed Summi Pontificis Sac. Congregationis, Senatus gravissimorum, Universorum Regnum, Regum, Civitatum omnium planè aliorum Religiosorum. Nihil autem tibi scribam, quod iam non scripperim Romanam Sac. Congregationis de Propaganda fide; licet timeam cere quod Summus Pontifex scolli de his narrationem audire, respondens quod iam respondit Alexander VI. I. Domino de Bourges Missionario Apostolico volens narrationem suscipere recte factorum Patrum Societatis: postquam enim plurima patienter audivit, respondit Summus Pontifex; plurima facta Societatis scio quam tu, &c. Hæc verba prædicti D. Courtaulimi desumpta sunt ex autographis latine scriptis, ut & priora; in quibus quidem notandum est, quod omnia ferè desumpta sunt ex libris Iansenistarum editis contra moralem speculativam, & practicam Societatis; neque ex constitutionum nostrarum libris eam opinionem hausit D. Courtaulinus, sed ex libellis diffamatorijs, quos Iansenistæ contra Societatem ediderunt; ex quibus venenosum animum huius videtur contra Patres Societatis. Cæterum gloria nostra est, hunc Societatis acrem inimicum, quem se suis litteris crebro profitetur, armis hereticorum uti, ijsdenique calumnæ telis Societatem configere velle, quibus Ecclesiæ hostes contra eam in Gallijs decertarunt; iij sunt scilicet libri, ex quibus uti Societatis odium, ita & spiritum hausit, quo fieret, flens dicosum A postolo, *inimicus Crucis Christi*, atque etiam Mariani cultus, quem Iansenistæ quoque detruncare conantur. Etenim quo ad primum pluribus litteris ad Patrem Candoni datis in Cochinchina vehementer dammat, & prohibet signum Crucis, ne scilicet a Secularibus super cibos, aut aliud quodcumque fiat ad benedicendum; pro pluribus unam Epistolam exhibeo, cuius hic authographum extat auctoris, sic ait. *Mihi reuelavit Reverentiam Vestram nullo modo approbare prohibitionem benedicendi nec cibos, nec aquam, nec alia eiusmodi.* Et paulò post. *In omnibus Rituibus, nec in libris, quos Ecclesia nobis, ut regulæ mortuorum*

rum sequendas proponit, & inquit legi, quod & secularibus de-  
 tur ista licentia benedicendi nec cibos, nec alia eiusmodi. Quod  
 vero ad traditionem spectat, ego per ambulacra plurima loca,  
 Regna, Civitates, in quibus Religio Christiana viget multum,  
 sed numquam vidi Christianos benedicere. Et infra. Quod ve-  
 ro exempla multa refers, quod multi Christiani signo crucis  
 etiam Demones expellunt, & quadam alias, quae miracula pos-  
 sunt aliquo modo vocari; ego dico quod ignorantia inculpabilis  
 laborantes seculares, & fide simplici haec mirabilia perpetrantes  
 &c. Credo ego quod R. Dominus Ritualia, libros alios, &  
 Regna, & Civitates clausis oculis percurrit, ne aliquid  
 de cruce videret. Etenim quid apertius, quam quod passim  
 legitur in obvijs libris precum ab Ecclesia approbatis, nem-  
 pe benedictio mensæ pro Sæcularibus: *Benedic Domine nos*,  
 & haec tua dona, quæ de tua largitate summus sumpturi. Quæ  
 quidem fieri vbiique solet signo Crucis: testes omnes Euro-  
 pæ nationes appello; & in ipso Rituali Romano præcipitur,  
 vt Sacerdos mandet Patrino, vt infantem baptizandum sig-  
 net his verbis prolatis: *In nomine Patris, & subdit Rituale.*  
*Patrinus signat eum in fronte.* Igitur Rev. Dominus univer-  
 sam vult reformatre Ecclesiam. Sed audiat quod dicit Aug.  
 epist. 118. *De eo quod tota per Orbem frequentat Ecclesia,*  
*disputare an sit faciendum, insolentissima insanie est.* Docet  
 insuper R. D. orandum quidem per merita Christi, atque  
 intercessionem B. Virginis; non verò orandum per merita  
 Virginis, & Sanctorum. At quæso quomodo hic dicet, se  
 nullibi legisse, orandum esse per merita B. Virginis, &  
 Sanctorum; cum quotidie in Canone Missæ id ipsum le-  
 gat, & in Officio B. Virginis à Pontificibus approbato ita  
 oreant in numeri fideles, quos si reformare audeat, quan-  
 tum timendum est, ne inter malos Ecclesiæ Reformatores  
 ipse locum habeat. Sed ad rem revertamur: eò usque stimu-  
 lavit hominem aversio, quam habet à Societate, vt etiam  
 nulla habita ratione Iuris Divini, per fas, & nefas Patres  
 Societatis undeque expellere niteretur: testis sit ea  
 epistola, quam scripsit 4. Novemb. anno 1677. in Faifo Vr-  
 be Cochinchinæ, vbi sic habet: *Quod ad P. Lucam pertinet*  
 (is est Sacerdos indigena à Domino Berithensi Ordinatus)  
 adduc tecum in Nhaton, effice ut horum Christianorum

42

curam suscipiat, ad auferendam pp. 174. 175. 176. 177.  
Sed qualem, quoquo, Pastorem traxit, ut Patres Societatis  
expellar: sic in eadem epistola eundem describuntur verbis.  
*Nolo ut ipse hic remaneat: tunc enim patrem vestrum non posse  
lē agere, exterius tamē scandaloſissimam vitam docere conti-  
tinuo diu noctuque cum pueris confabulatur, & cum mul-  
leribus, que mecum fornicari vulnerunt: hic non nisi vis-  
terue spatio trium mensium sacram dixit, &c.* Adeo scilicet  
cēcum ei ac odium, ut mortuo P. Ignatio Baudet Soc. Ie-  
xū viro Angelicis moribus, & magna fama apud Christianos,  
rudem eius loco hominem, & scandalofissimum suffi-  
ceret; miror autem magnoperē talem virum ex omnibus  
Missionarijs Apostoliciis electum esse, qui hoc anno mitte-  
tur in Chinam, ut ibi scilicet suum erga Societatem  
odium cum illius Missionis tuā exerceret. Verum Dei  
providentia illius Missionis misera cura ne quidquam diu  
transire ex vicinis Insulis ad Sinas nitentem exclusit. Sed  
de his iam satis, nec diluendis suprà relatis eius calumnijs  
contra Societatem hic in hærcō: cum carum pars maxima  
iam refutata inveniatur in libris P. Anselmi, & aliorum con-  
tra Iansenistas. Scilicet quod simus Idololatriæ  
Fautores, infra sit discendiā. Ut autem omnes calumnij,  
& iniuriæ contra PP. Societatis & Missionarijs Apostoli-  
cis illatæ simul videantur, eas ex præcedentibus collectas, &  
probatas hoc brevi Alphabetico Catalogo omnes subiçio.  
**A**mici Hæreticorum, **M**endaces,  
**C**alvinistis pectoris, **O**bstinati,  
**C**ontumaces, **P**er iuri,  
**E**ccl., **P**agodiste,  
**C**ommodorum amantes, **P**olitici Maligni,  
**D**emonis adoratores, **R**uinæ Indiæ causa,  
**F**ornicantes, **S**acrilegi,  
**P**ernicis fastigates, **S**candalosi, modicæ  
**F**ornicatores, **S**chismatice, illati  
**H**omicidiæ, **S**emi Iesuitæ,  
**H**omicidijs fautores, **S**imonia fautores,  
**I**nimici proboram, **S**odomitæ,  
**I**дололatriæ fautores, **V**elliceti,  
**P**ossent ne inveniatis præclariora Epitheta?

**§. VIII. Refutatur calumnia, qua dicuntur  
PP. Societatis non prædicare Christum  
Crucifixum, & esse Idololatria fautores.**

**H**ANC calumniam primò impegit Societati R. P. Fr. Ioannes de Morales Ordinis Prædicatorum, qui Patres Societatis in China Evangelij Præcones Romæ accusavit, non prædicare Christum Crucifixum; & permettere Mandarinis Christianis, ut adeant Templū Idolorum, & abscondita Crucis imagine suprà altare Idoli, ante illud genua flectant. Quamvis autem hæ atroces calumniæ, vti, & aliquæ aliæ eiusdem auctoris, speciali libello typis vulgando prope diem refutandæ sint; quia tamen has Missionarij Apostolici Societatis Patribus obijciunt, breviter hic refutandas putavi, interim dum libellus brevi ab altero edetur.

Quo ad prædicationem Christi Crucifixi, pertinet, ait R. P. Fr. Ioannes de Morales, quod cum venisset in Provinciam FoKiem, vbi deinceps hæsit, invenit decem pueros à Patribus Societatis instructos, qui nihil scirent de Mysterio Incarnationis, & Passionis Christi; ex quo intulit, à Patribus Societatis non prædicari Christum Crucifixum; de quo cum eos accusasset apud Episcopos Philippinarum, illi de hoc querimoniam gravissinam formarunt apud Pontificem. Verum cum anno sequenti cognovissent ex cæteris testimonijs, falsissimum esse quod à prædicto Patre Societati imputabatur, ipsi litteris rursùm ad Pontificem datis palinodiam cecinerunt. Inter ea Romanum quoque advolavit R. P. Fr. Ioannes Baptista de Morales, & rebus Sinicis vix bene delibatis, varias accusationes formavit de PP. Societatis in China Missionarijs, quæ quam fuerint vanæ, & temerariæ, in speciali, quæ prodibit brevi, earum refutatione clare cognoscetur. Ac in primis quidem nixus levibus coniecturis, undeque sparsit, non prædicari in China Christum Crucifixum, in quo quidem ostendit, vel libros Patrum Societatis Sinico Idiomate impressos non le-

gisse, vel non intellexisse. Etenim in Catechismo P. Ros-  
getij, qui impressus est anno 1584. quarto scilicet anno à  
nostrorum ingressu in Sinas, agit cap. 11. de Christi Incar-  
natione, Passione, & morte in Cruce. P. Matthæus Riccius  
in libro typis dato anno 1603. cap. 8. agit de Christi In-  
carnatione. P. Didacus Pantoja in explicatione symboli  
latè agit de Domini Incarnatione, Passione, & morte; eam  
impressit circa annum 1620. item in manuali Sacra-  
mentorum habetur eiusdem Patris integra, & compendiosa  
Dominicæ Passionis narratio. P. Iohannes de Roca sub ini-  
tium huius Sæculi in lucem edidit declarationem Symboli  
i, in qua agit de Christi Incarnatione, & morte. Itena in  
Tractatu, & Praxi recitandi Rosarij, latè explicat quinque  
mysteria dolorosa: & apponit Imagines Christi Passionem,  
& Crucifixionem exhibentes, &c. Alios magno numero  
Patres nostros prætermitto, qui libris Sincè editis, prolixè  
de Passione, & morte Christi tractarunt; ex quo satis clare  
colligitur, quām turpis, & crassa sit calumnia dicere, PP.  
Societatis in China non prædicare Christum Crucifixum;  
quasi verò id erubescerent, & tam rudes essent rei Chris-  
tianæ, vt putent, posse homines ad æternam beatitudinem  
perduci sine vlla Incarnationis Dominicæ notitia eis tra-  
dita. Sed fortasse nonnulli ægræferunt, quod in China pu-  
blicè, & passim Christi Domini Sacram Imaginem non  
ostentent Infidelibus, & prædicationem Evangelicam sta-  
tim à mysterio Passionis Dominicæ non incipient: eam  
ob rem quidam frater in Vrbe Nanquinensi, quasi conden-  
natus causam Patrum Societatis Iesu, rerumque expo-  
rientia firmatam prudentiam, appensa collo suo grandi  
Crucifixi Imagine per præcipuas Vrbis plateas processit:  
rei novitatem fama percrebescente, aliqui detulerunt ad  
pro Regem, qui illico Satellites misit, qui homineni com-  
prehenderent: Verum ille auditio nuntio, velut alatis pedi-  
bus, vento citius effugit. Alter verò cum fluvium cymba-  
transiret, in qua frequens erat populus, in prora se se erigens,  
& elevata Christi Domini Crucifixi imagine ad ratu-  
ciden-  
mem usque vociferari cœpit: hic vester Deus est, quem vos  
colere debetis, & per quem potestis salvi fieri, &c. Qui in-  
conditi clamores primū, vt solet, rei novæ admiratio-  
nem.

nem; ac deinde omnibus risum, & éachinos excitarunt.  
Quasi verò sit ille modus quo Sinenses homines acuti in-  
genij ad fidem amplectandam fertrehantur; quo potius  
facile est nasci in illis populis perturbationes ac persecu-  
tiones, quas quibusdā in Provincijs hoc anno fratres excita-  
runt, quarum à Patribus Societatis in curia degentibus re-  
medium querunt.

Cæterunt melius certos agendi modos in se corri-  
gent Missionarij Apostolici, quam modos agendi Patrum  
Societatis vndeque criminari: Etenim silicet argumen-  
ta in accusantes retorquere, primum quomodo excusabunt  
eum agendi modum, quo tūm in Cochinchina, tūm in Tun-  
quino ordinati fūnt Sacerdotes indigenæ, qui nec Sacrum  
dicere, nec legere Latinè possent, quorum ea erat vita, quæ  
magno scandalō neophytis esse posset. Et ne gratis id dic-  
tum videatur, testimonia ex litteris eorum authenticis pro-  
duco. In primis D. Courtaulm pro Vicarius Cochinchin-  
næ de Patre Luca à Domino Berithensi Ordinato scribit,  
vitam scandalofissimam agere cum depravatis mulierculis,  
diū noctuque colloquendo; uti iam suprà retuli. Et in ea-  
dem Epistola sic ait: *Quo ad Patrem Ludo vicum, dixi Illus-  
trissimo Domino antequam ei Sacros Ordines conferret, quod  
nobis pulchram in eo culina columnam pararet, & revera fal-  
sum non dixi, neque enim ad aliquid aliud utilis est: nemo  
vult audire eius Sacrum; hic comedit, & babit ad saturitatem.*  
*& dormit media parte diei, & tota nocte; neque etiam illo  
possamus uti ad servandam domam, quando imus ad Mis-  
siones, non potest nec concionari, nec catechizare. &c.* Idem D.  
pro Vicarius scribens ex Faifo ad Dominum Bouchard.<sup>29</sup>  
Iulij 1677. ait: *Curavi, & eoram me Sacrum diceret P. Em-  
muelis primo nescio ait ullum Verbum intelligibile dicat in to-  
to Sacro. Secundo extra Missæ Sacrificium curavi, ut pronun-  
ciaret verba consecrationis, & in ea omisit meum; & in de-  
ra consecratione tempore Missæ non audiui pronunciare Ver-  
bum calix... Et infra. Tibi assevero me admodum perplexum  
esse, non dubitans quin committarē multa Sacrifegia; nescio  
quomodo possum eā impeditre: ut enim tractim Sacrum dicentes  
ad unam Missam dicendam, uno animo apud offer: ceterum insidi-  
e pugnatio inter se, & tamen docimandū per verbos mīstris-*

mitior in toto Missa decursu. Dum dicit Canonem Missae, celo-  
riser labia modet, O nescio quid dicari dum enim alte pronun-  
ciar. O celeriter, vix tertiam partem dicit. De Patre Luca  
non dubito, quin peiora disonda sint. O quam terribili pondere  
me oneravit Illustrissimus Dominus mihi tres illos Patres  
convenit rendol aliunde enim P. Emanuel nos rodit usque ad os-  
sa, &c. Hactenus Dominus pro Vicarius. Hec quoque  
modo conveniunt cum illis magnis laudibus, quibus illos  
Pates adornavit relatio Parisiensis, dicens insigne esse Eccl-  
esiasticos, zelosos, prædicatores Evangelicos: & multa  
alia; ex quibus satis coligi potest, quanta demum fides ad-  
hibenda sit illis relationibus, que tot paucim manifestis mens-  
dacijs, & fictionibus scatent. Sed insuper notandum est, quæ  
fuerit conscientia, & zelus D. pro Vicarij, qui tot Sacra-  
lia pateretur, nec illis Patribus celebrationem Sacri inter-  
dicter; qui ad Pates Societatis ab Ecclesijs expellendos  
eates Operarios submitteret: Deus bone, quis tam enormes  
agendi modos de ijs credere posset, nisi ex eorum epistolis  
evidenter nobis constaret, quarum authographa hic asser-  
tantur! Etenim fieri non potest, ut sincerus divinae glo-  
riæ zelus reperiatur, ubi tantum est. Partum Societatis  
odium, ut pro illis expellendis, Sacilegia permittantur,  
necepsissimi ordinentur ministri, divina deinde iura sine  
conscientia scrupulo palam violentur.

Deinde quomodo insuper excusabunt modum admi-  
nistrandi Sacramentam Poenitentiae, quo Iaponistaræ passim  
reuntur, scilicet Sacramentum reddendo otiosum turpis-  
simis interrogacionibus, que mihi eas referenti labore  
summa quæ verecundiam iniiciunt. Et ne nihil proferam,  
nisi authenticum, primum locum teneat Epistola Domini  
Courtaulini pro Vicarij Cochinchinæ data 5. Maij 1673.  
Eccl. air: Hoc modo procedo, preferim cum junioribus, pri-  
mum eis declaro veram fornicationem, eis esse permisum,  
idque pleribus verbis: dabo, perge, liberius, an manus  
mentibys inducere manus, &c. Ex qua terra regnante  
cuncta excommunicata sunt, et cum maribus, &c.  
ad mortem, orapostoli contra dyabolum nascere, &c. His per-  
sequuntur ab horro animus recensere, tam enim  
impia facta, & confusa, ut salutem pacem ea refugiat scri-  
bent;

bere: & hæc quidein interrogant à neophytis, qui tanta  
 sunt plerumque innocentia in illis partibus, ut tæpè per  
 multæ confessiones sint sine ullo prorsus peccato gravi, &  
 tam horrenda crimina impossibilia putent hominibus  
 Christianis: ita ut Sacramentum Pœnitentia cum talibus  
 interrogationibus illis potius sit summo scandalo, quam  
 remedio; ubi scilicet hac impudenti Sacerdotum metho-  
 do, malitiam discant, quæ numquam ipsis venisset in men-  
 tem. Et quid tandem neophyti de suo Sacerdote talia in-  
 terrogante existimabunt, nisi hominem esse sine verecundi-  
 a, & malitia plenum? Sanè ego memini, quod cum soror  
 mea in eiusdem farinæ confessarium incidisset, eam dixisse,  
 se numquam existimasse habeti in Orbe terrarum tam im-  
 pudentes ac nefarios Sacerdotes, qui de tam turpibus sce-  
 leribus, sibi quidem inauditis, interrogarent. Et mihi re-  
 talit quidam, se plus malitiae ex una Confessione cum simili  
 homine facta didicisse, quam tota vita alias discere po-  
 tuisset. Sanè satius foret si D. pro Vicariis honestiorem  
 Confessiones audiendi modum suos Missionarios doceret;  
 ne post modum illæ nascentes Ecclesiæ ad tantam perfec-  
 tionem erectæ à PP. Societatis, Pastorum aliorum vitio, in  
 libidinosum ac gentilicum vivendi morem degenerent. Sed  
 quis credere possit, in Tunquino quoque à DD. pro Vicarijs  
 non honestiorem morem servari, cum tamen ibi vni-  
 versus populus instar simplicis columbarum plerumque omnis  
 malitiae expers vivat? quod saitem maximè verum est in  
 Christianis, quorum ibi suprà quam credi potest, innocens  
 est vita, & candidi mores, ad omnem honestatem compi-  
 siti: eorum verba in instructione, quam publicè legi cura-  
 rūt in Ecclesijs, sic se habent quo ad iextum præceptum. Erat  
 culpa gravis, si vir accipiat uxorem, aut mulier virum alte-  
 riuss, vel nubat cognato; aut ei qui castitatem vorvit; si quis fer-  
 cum peccauerit, vel duo mares simul, vel simul duæ feminae, vel  
 si peccarint cum quadrupedibus, vel volueribus, vel si fiat con-  
 tra morem; aut vix naturæ, &c. Deus immortalis! Hæc pu-  
 blicè leguntur quotannis in Tunquino, & à Parrochis ex-  
 plificantur sine verecundia: Sanè pro DD. pro Vicarijs frus-  
 tri monet Catechismus Romanus, ut in Confessionibus  
 habeatur summa ratio honestatis à Sacerdotibus, cum ipsi  
 non

48

non solum in ~~eo~~ Secundo Tribunalis, sed publice; & palam  
in Ecclesia de coicu virorum, & mulierum inter se, item  
cum quadrupedibus, & volucribus mentionem faciant.  
Quia tandem ex hoc agendi modo concipient opiaionem  
neophyti de Sacerdotibus, qui talia loquuntur in Ecclesia,  
de quibus patres ipsi erubescerent, si possent quid existi-  
mabunt Gentiles, dum talia ad eorum auditum venerint  
putabunt enim verò Sacerdotes Christianos esse homines  
necarios, qui talia loqui audeant; & solum necesse esse ire  
ad Tempa Christianorum, ut malitiae gradus ultimus nos-  
catur. Sanè ego quidem infero, quod si tam nefanda publi-  
cè in Ecclesia proferre audeant, in Confessionis Tribunalis  
longè peiora interrogare solere; sed fallor quæ prædictis  
crederetur piora ex cogitari non posse, & fateor quod ego  
post auditam Theologiam, & Confessiones multis annis,  
quædam crimina non cognoverim, quibus DD. pro Vica-  
rii Tunquinenses aie instruxerunt ea sua publicè promul-  
gata instructione. Prætermitto varios alios agendi modos;  
& instructiones, quæ vel non convenient cum Ecclesiæ  
consuetudine, vel etiam ab eius institutionibus longè dis-  
crepant: neque enim hanc Apologiam accusandi, sed so-  
lum defendendi causa suscepis; alijs proinde id munus non  
prætermittendum redinquo, nam ad rem nostram tempus  
est redeundi.

Akerum calumniae caput erat, quod PP. Societatis in  
China essent Idololatriæ permissores, sic ut Christiani fo-  
rent Semi Idololatriæ, & Semi Christiani. Fateor sanè hic  
libidinem calumniandi nullum habere modum. Id eo ne for-  
tasse hue venerunt PP. Societatis ex omnibus fere Provin-  
cijs selecti, ut tot exhortatis laboribus, tot superatis peri-  
culis. Idola cum Christo coniugenter? Cognoverunt impe-  
rii rerum Sinicarum adversarij, Patres Socieratis Confutij  
vultum permittere neophytis litteratis; permittere quoque  
ceremonias quas adhibene circa defunctos. Verum quod  
nullisibi interveniat Idololatria, aut supersticio, speciali  
excludit brevi inducere edendo, probabitur ab eo, qui has  
controversias Sinicas accuratissimo studio examinavit. Ex-  
terò quod Confutius solo cultu politico, samquam primatu-  
bus Magistor colitur, scilicet in actu officio eo, quod est  
Chri-

Christiani litterati in aula Confutij cum cæteris literatis Gentibus essent congregati ad solitas ceremonias facientes, & protestati essent, se non intendere adhibere vnum cultum Confutio, nisi politicum, alij eos ridendo subiecerint: An vos Christiani existimatis, nos esse tam hebetes, ut putemus, aut Confutium esse Deum, aut dignum aliquo plusquam politico cultu? Igitur cuī ipsimet Idololatram profectantur, se non colere Confutium, nisi ut Magistrum, cur gratis affingitur, quod ut Deus, aut Sanctus aliquis honoretur? Et verò litterati, & cæteri Sapientes nonnumerant Confutium inter Spiritus, quos ipsi cognoscere, & colore profiterentur: & ipsis Imperatorijs legibus graviter prohibatum est, ne Confutius inter Idola adoranda censeatur: Deinde Sinen es non exhibent cultum Confutio, & alijs Sapientibus mortuis, nisi quem ipsis Magistris suis adhuc viventibus exhibere solent, & expresse declaratum est Edictis Imperatorijs, non esse colendum Confutium Magistrum, scilicet pro debita litteratorum erga hunc celeberrimum Magistrum gratitudine. Et vt his addam authenticum testimonium: vnum pro multis, examen rituum, & Musicæ Confutij lib. 1. pag. 35. sic habet: Confutius sanè purus est homo defunctus, oblatio mitterum coram illo ex institutione fit in eius aula ( quæ non est per modum Arcæ subdiosis posita, vbi sacrificatur spiritibus ) adhibere autem in illius aulæ Ianuis opus cancelatum ( sive tractare Confutium ac si esset spiritus aliquis ex ijs, qui religiosè coluntur ) illumine cum cœli, & terræ spiritibus comparare, hoc ab Imperatorum præscriptis longè distat. Idem textus habetur in vastissimo opere, cui titulus: *Summa legum Regalis Tamingæ Familie*: Insuper in varijs librís Sinicis, qui agunt de cultu Confutij, expresse dicitur, munera quæ offeruntur Confutio, eo modo, & intentione offerri, sicut vivis Magistris à discipulis offerri solent: antiquitus quidem ei offerabantur olera, deinde panni serici, nunc verò carnes pridiè in macello occisæ, ac bene coctæ. Sic uti vivis Magistris honoris, & observantiæ causa offeruntur. Sed de hoc satis hoc loco. Quod autem spectat ad cultum defunctorum: is solum adhibetur quoque politicus saltem ex lege, & institutione: nihil enim facit, quod aliqui Gentiles misceant supersticem.

perstictiosa, à quibus scilicet propterea Christiani abstinent, quinimo sèpè admonere præsentes solent, quod solum cultum politicum adhibeant à legibus Regni præscriptum; atque non raro ea occasione de animarum immortalitate, atque via ad æternam felicitatem Sermones niscent, quibus crebrò Infideles eorum cognati, aut amici, qui conveniunt ad ceremonias, ad fidem amplectendam, aut saltem plenius cognoscendam moventur. Patet verò ex ipsis Libris Sinicis, qui agunt de cultu Defunctorum, quod solum insignum observantia adhibeat, v. g. à filijs erga parentes, eofferè modo quo vivis adheberi, par est: hoc evidentur probat notissimum Sinensibus illud axioma, quod sic habet: *Eodem modo coluntur ex hac vita defuncti, ut coluntur homines adhuc in vita degentes.* Etenim munera, quæ illis offeruntur ut vivis, est veluti quædam continuatio eiusdem honorifici officij, quo illos in vita superstites eorū filij, amici, que colere solebant. Hinc pro superstitione, aut Idololatria sumi non debet, quod filij parentibus defunctis cibos coctos idemtidem offerant, supra tumulum eos collocando: Etenim in quibusdam Religionibus solent portionem cibi ordinariam apponere anno integro in loco mensæ, in quo defunctus Religiosus assidere solebat: idque faciunt in testimonium amoris, & charitatis erga illum etiam defunctum, quos deinde cibos pro eius animæ subsidio pauperibus erogant. Quid igitur est superstitionem, & Idololatriam præferens, si neophyti Sinenses idem quoque parentibus defunctis faciant? Si uestes quoque, & alia in testimonium gratitudinis apponunt sepulchro, quæ deinde pauperibus distribuantur: quæ quidem officia si à filijs omittantur, pro ingratisimis passim ab omnibus odio haberentur, tamquam turpisimi inter Sinas criminis rei.

Optandum esset, vt iij, qui primi his diffamare Societatem cœperunt, ipsi aliquanto plus laboris impendissent, in bene percipiendis Chinæ consuetudinibus, ac libris istius Regni evoluendis plus insudassent: profectò legissent: Sinenses erga defunctos ceremonias ex sua institutione, ac Regni legibus nihil prorsus superstitionis, ac Idololatriæ habere; & ea quæ accusatores vocant sacrificia, solum esse politica officia. Sed ne his plus nimis immoremur, ad specialem

Item de hoc tractatum remitto. Interim notandum est, quod  
 temporum successu tres Provinciales Ordinis Sancti Domi-  
 nici damantes R. P. Fr. Ioannis de Morales nimis precipite  
 accusationem, e contra ipsi suis in China præcepere, ut  
 a Patrum Societatis circa ceremonias Sinenses modum, &  
 doctrinam sequerentur: quod & aliquot e præcipuis Fran-  
 ciscanæ Familia fecerunt. Immo R. P. Fr. Franciscus Va-  
 rius e Sancti Dominici Familia in Urbe Focheo Provinciæ  
 FocKien Reguliribi demoratis de mortuæ matri honorem,  
 & preventiam vñacum muneribus iuxta Sinicant con-  
 suetudinem derulit: & R. P. Fr. Franciscus de Concepçõ  
 ne Ordinis Sancti Francisci Cantone Patri Reguli defuncto  
 idem præstítit: ita paulatim accedente studiorum, & libro-  
 rum Sinicorū peritia, à suo judicio revocantur. Et verò idem  
 contingit, ac si pueri vbi exiguo tempore iam vt cumque  
 Latinam linguam didicerunt, Magistros suos reprehendere  
 attentarent. Etenim qui primus lapidem movit contra So-  
 cietatem in Regno Sinarum, nempe R. P. Fr. Ioannes Bap-  
 tista de Morales, vix quatuor annis vt cumque vacayerat stu-  
 dio Sinicæ lingue, vñcum se censore inrigere voluit anti-  
 quorum Missionariorum, & eorum doctrinam damnare:  
 neoque pravarum opinionum Romæ accusare: non reflec-  
 tens vtique, quod esset temeritas postquam longissimo re-  
 rum Sinicarum ac lingue studio plures Societatis Missiona-  
 riij, iisque magnæ virtutis, & doctrinæ tandem statuerant,  
 quid in consuetudinibus Regni Sinicilicet in esset, homi-  
 nem vnum vix de cursis aliquibus pagis vastissimi Regni,  
 parumque lingua, & doctrina Sinica instruunt, vel illicio  
 -contra toti ussignes viros affugere, ab illis stabilita dama-  
 re, eorum resolutiones fugillare, reprehendere. Si illos vt  
 fautores Idolatriæ accusare. Sed hinc pro nunc facis. Nec  
 respondeo ad accusationem, qua dicuntur Patres Societati-  
 tis permittere, vt occultata Cruce supra Altare Idoli, ante  
 illud genua flectantur: est enim intolerantissimæ invidie  
 mera calumnia, que nullam speciem veritatis habet: ideo  
 -qua nec responsum mereatur. Ex his autem omnibus colligi potest, quo deum in spi-  
 -rito Missionarij Apostolici, ita arteptis vndeque occasio-  
 nibus, sint in Societatem invedit ad occupandas Missio-  
 nes.

fides eius, bellum gerentes cum tantopero Christus Dominus  
 noster nobis pacem commendet, quam quidem ita eveniens  
 est ut scriptorie Doctorum etiam pro Vicario Cochinchinensis  
 teper octo annos non fuisse de alio reprehensum ab  
 Illustissimo Domino; nisi quod pacem cum PP. Societatis  
 iniuisset. Sane Illustissimus Dominus illis octo annis suum  
 pro Vicarium poterat reprehendere; quod Sacrum dicere  
 sineret Sacerdotes indigenas, qui vix tertiam Missarum partem  
 legerent, & in ipsis verbis consecrationis errarent; quod  
 eosdem non corrigeret, vitam scandalosam degentes; quod  
 ipse doceret modum interrogandi peccantibus prorsus in-  
 famam, quod vetaret Christianis, ne supra cibos signum  
 Crucis facerent, & de multis alijs. Verum prætermis ijs,  
 in quibus ius divinum adeo graviter violabatur, solum  
 conqueritur, quod pacem cum PP. Societatis iniuisset;  
 quod sane non crederem, nisi ex eius authographo id esset  
 fideliter traductum. Deinde in altera Epistola idem Domini-  
 nus scribit, quod ipse pacem in eundem cum PP. Societatis,  
 peccaverit contra præcepta Ecclesiæ. Deus bone! adeo  
 nos nefarios facit D. pro Vicarius, ut putet, sine peccato  
 non posse, nobis cum pacem in ire. Vbi est illud præceptum  
 Ecclesiæ præceptis Christi contrarium, quo prohibitum  
 est, ne pax cum Societatis nostræ Missionariis ineat, etiā  
 ad eius naturam subdere se volentibus? Sed istud mirandum  
 non est, cum antea nos esse peiores Calvinistis dixisset,  
 cum quibus in re pacem, saltem in materia fidei, peccatum  
 est. Altero vero summando nulla legi divina, aut humana est  
 oprohibitum, intrare pacem cum Hereticis, Schismaticis,  
 Turcis, Iudeis, Gentilibus. Ante ergo peiores Religiosos So-  
 cietas existimat ita omnibus, ut quemadmodum cum  
 Dæmoni, ita cum illis Patribus pacem inire, peccatum sit?  
 Hoc nec ipsi Calvinistæ, aut Lutherani vniquam dixerunt,  
 atque illi alii Heretici longe profecto satius foret, & magis  
 subiiciuntur Christiano, & Apostoli conformati, si omnes se-  
 quererentur ille luculentum Apostollum sapientiam vero in-  
 teratem in vinculo pacis: pax enim omnino necessaria est inter  
 Missionarios in conversione Gentilium laborantes, ut cum  
 successu idololatriæ bellum gerant, quod si vero contra se  
 invicem anima veritate in mutuis vulneribus, in qua interim

ani-

animarum clade se confident; & cum rem Christianam concordia augere deberent, discordia brevi ipse quoque res diuturnis laboribus partæ dilabentur. Christus Dominus noster primus auctor charitatis, & pacis nobis omnibus ad invicem spiritum amoris è suis visceribus charitatis inspiraret, ut vis unita fortior per hunc extremum Orbem late Christi amantissimi Domini Imperium dilatet.

## APOLOGIA SCRITORIS,

**C**VM iudicarem iuxta D. Bernardum in epist. ad Roanorum nepotem potius expedire: Cedere persecutiōnē quam resistere, furens ferientem quod in se feriret & onus facta singulari amicitia cum Missionarijs Apostolicis, aliquid ad coronatum pacem pro virtibus conferre. Etenim ad has Infidelium terras non veni, ut contendem; sed potius speciali studio contentionem dirimendam: ut verò cum sententia contra Societatem Romae prestatam huc veniſſet & alibi deridens, & indubitate arguendo mīhi constaret, eam calumnijs oppressam damnatam esse, & in ore accusatorum inveniri meū scelus meū obstricatum in conscientia patavi, conferre aliquid ad innocētē oppressa defensionem, curia quidem rite ait Ap̄olodus, patiens est per misericordiam Christi etiam docens exemplum, eorū contigit non apertusos suā si uerū sapientia quoque non docet, supraū habere donū nominis, ubi presertim diligenter honorū agitur, ut patet in Sancti Petri idem nobis suo exponet in monacharum exercitu Sc̄. Athanasius pro se Ap̄ologia suā sc̄ipit, & ad hanc ueracitatem sibi apud Constantiū autem imperatorum ineditas, sed defendit. Et Chrysostomus ex his ueris ac culicatuſculis Episcopis, apud Arcadiam in negotiis suis in quaeruntur p̄dūt, pro pugnacis legimus quod sicut in D. Bonaventura & p̄f. contra Monachos Cluniacens̄ sed defendit. Sc̄ipio Hispanum sententiā p̄m à Bernardo Pone si hoc p̄to sanctitudinem, dubit: quidem vobis vobis utilicet. Mittere p̄ ea sunt uera postulare & comp̄. Bona & cetera non Epist. xj. fuit qui refellere in istis quādū de parte ab invictis exstabi sentiū p̄bi illi suū suū, ut in uerā p̄fēctū, in exstabiō A-

causa, qui pater fatus est hic tamen littera non habet indicis, sunt  
igitur huc causis causa diffiniri, & ceteras qui ratione suis trahant  
sunt obseruentur.) Tunc dicitur quod cumq[ue] audiatur in iudicio res  
ad. Testis si mibi Deus i[us]quod nuncquam f[uisse]med calamus  
excidisse aitemonem, vobis privatim litteris, cum publicis  
scriptis, yllum contra aliquem verbum, nequidem ad iustam  
accusationem, aut defensionem, pati potes diligens etiam  
graviter lacesitus, quam cuiquam molestiam dare, nisi  
quando necessitas contra Ecclesiæ hostes ad egi: nunc ve-  
rò quando oppressa Societatis innocentia loqui cogit, tace-  
re mihi crimen duco, & veritatis tuendæ studium, ad quod  
obligor, impellit etiam maximè invitum contra amicissi-  
mos scribere, quos ita intimè diligo in visceribus charitatis  
Christi, propt[er] verbis antea coram in Siamensi Regno ore-  
bro ostendi: studiosissimus utique procurandæ unionis ac  
pacis; de quo testem Deum, cordium inspectorem appello.

**Prov. 27.** Quare cum veriora sunt verbera amici, quam oscula enim nichil,  
credo ex defensa veritate non mihi succensuros eos, quos  
si quidem unionem ac pacem desiderent, in medio oordis  
mei positos volo, tamquam collaborantes in re tornasi amicis  
marum salutem. Igitur mihi objeci non potest, aut quod prius amicitiam  
simulaverim, aut eam sincere contractam violarim: tanta  
vera, & secundum Deum amicitia sic diligere solat, ut sita  
pro Dei honore, aut veritate tuenda, loquenter os non  
obstruat: non est amicitia, sed conciliabulum, sed vera  
loquendi perditur libertas, & libere palamque propagandi  
pro veritate amicitia facultas. Contractam sinecere amiki-  
tiam colo, tamque constantes retinco: sed omnes in qua-  
bus Dei, aut veritatis causa agitur, peritius liberam, & expeditam: quam quidem amicitiam numquam a me vi-  
landam, ut post non humanis maximi principijs, usus ipse, &  
experiencia ostenderet. Etenim si Christus Dominus dico, es  
inimicos alle diligendos, quando magis sumos effordere  
amor erga eos, qui quantum bene opinari iurantur, non  
destruendi studio venientur: & si quoru[m]dani corporis  
Societatem oppressam scierimus, cum tamen factum circu-  
sat non possimus, sed gravissima penitentia nos esse nec  
corum incriptionem eradicando, tunc enim sicut illa de quibus  
Aposto-

Apostolus, qui dum nos persequuntur, arbitrantur se obser-  
quiūm prestare Deo. In quo quidem bona est intentio, li-  
cēnefrenata calumniandi temeritas sit pessima.

Nec dici potest contra me, quod ego imprudens loquar  
contra sententiam à Summo Pontifice latam, quæ Romæ  
Societatem damnavit. Etenim non diffiteor Supremum  
Ecclesiæ Pastorem in suo Tribunal secundum falso allega-  
ta, recte iudicasse; eodem modo quo rectum fuit iudicium  
Constantini Magni adversus Athanasium, quem ab adver-  
sarijs oppressum calumnijs, à Sede Alexandrina in exi-  
lium eiecit; in quo licet innocentissimum virum, &c firma-  
mentum Catholicæ Religionis condemnari; tamen secun-  
dum allegata iudicavit, nulla nisi forte nimis credulitat is  
culpa commissa. Et verò possem licite ut D. Bernardi ver-  
bis, quibus in simili casu ysus est ad Honорium Papam La-  
crysabilem, inquit, quæ erimontiam nos eius filij si tamen dig-  
ni, dissimilare non possumus; quæ vidimus loquimur, tristes  
vidimus, tristes eloquimur honorem Ecclesiæ. (dicam ego So-  
cietas Iesu) non minime Iesum. Ecce à Summo Pontifice  
summa superveniens auctoritas, deicit constantiam, superbiam  
statuit. Scimus quidem id per mendacium fuisse surreptum, sed  
numquid non vel tandem deprehensa mendacio, mentitam se  
sentiet iniquitas sibi est autem quod miramur, quanam ratio-  
ne iudicatum sit de parte, abiudicatum absenti, quod quidem  
non temeraria præsumptione reprehendimas, sed filiali amore  
paterno cordi suggestimus, quantum ex hoc superbit impius, &  
incenditur pauper. Hactenus D. Bernardus, qui etiam alibi  
conqueritur, quod à Summo Ecclesiæ Pastore male infor-  
mato contra se, sententia sit lata in Cluniacensium favorem.  
Igitur eius, & multorum aliorum virorum, qui illustres in  
Ecclesia fuerunt, exempla sequutus, præsumptionis argui-  
ron debo, quod innocentiam à Summo Pontifice iam  
damnata tuear; & si addam cum eodem D. Bernardo ob-  
malas quoque informationes Romæ damnato. Veniet qui  
male iudicata reiudicabit, illicite iurata confutavit; qui fa-  
ciet iudicium iniuriam patientibus: frustra blanditur de abso-  
lutione Apostolica, cuius conscientiam divina ligatam tenet  
sententia. Tuum, Domine Iesu, Tribunal appello, cuius oculi  
scit fallere nullunt, ita falli non possunt: vides qui tua, vi-  
des.

*des qui queruntur ex falso de Volatu propositum velut invenimus quod  
dearioris vobis tui videant equitatem. Hackenus Bernardus.*

Quo ad autem Apologiz verba, si que asperiora videantur, iusto miniora esse videri possunt, si cum subiecta materia conferantur, & gravissimis calumnijs, de quibus istissimus dolor, summa requite ea expressit, non accufavi quemquam haereses, sicet nonnulla suspecta in fide esse videantur, in quibusdam adversariorum scriptis, aut factis. Non emisi sagittas ardentes cum carbonibus desolatorijs, ut olim in Belgio mississe aiebant in Ianzenistas quosdam specie tenus Catholicos: quemquam temere, & sine veritatis evidencia non violavi. Illusterrimam Di Metropolitanu Episcopum, cu quo singularem amicitiam colui, atque etiam seruo, nullis quod sciati verbis perstrinxii abstinui prorsus a rebus etiam gravissimis, que vel non mihi videbantur satis evidenter probatae, vel iustum ad defensionem mihi non servicebant, sed potius ad accusacionem. Igitur cum neminem credere intenderim, & si quis Iesus est, Iesus fuerit a se ipso. Non est quod ullus de me conqueratur; si exemplo Christi Domini, qui in hunc mundum venit, ut testimonium perhiberet veritatis eius studio, & arcenda ab innocentibus iniurias ad hanc brevera Apologiam scribendam me accinxerim: que strictius, & leviori manu pro temporis brevitare facta, saltem nunc iniurioso famae Societatis vulnus illato utcumque medetur, dum aut paretur prolixior, aut celo auspice Innocentia Romae detegatur. Macai die 20. Decembris 1682.

*Antonio Thomas  
Societas Iesu.*

**APEN.**

# APPENDIX DOCTORIS CLAVDII Van Kessel.

**C**um certò mihi constet, hanc Apolegeticam narrationem R.P. Antonij Thomasi vilam, & perfectam, & conformem veritati in omnibus iudicatam fuisse à R. P. Andrzej Lubelli Iaponicæ Provinciæ, & Vice-Provinciæ Sinensis Visitatore Societatis IESV litteris suo nomine subscriptis Macai 20. Decembris 1682. neminem lectorum spero dubitaturum de iniusta Jesuitarum persecutione, & de falsis delationibus, quibus accusati sunt, apud Eminentissimos DD. Cardinales, ut Jesuitis imponerent pervicacem inobedientiam in Sedem Apostolicam, aliaque atrocissima crimina. Quam opportunam, & si ini quisimam occasionem arripientes alij, qui nullam perdunt, ut Jesuitas perdant, facto fœdere, iunctisque manibus cum Missionarijs Gallis, in hoc unum incubuerunt, ut Jesuitas in Europa infamarent, quasi classicum canentes per omnes partes ad eorum perniciem, & exterminium; mille fraudibus calumniantes Sanctissimos eorum labores non solum apud Sinas, Cochinchinas, Tunquinenses, & Siamenses, sed etiam apud Insulas Philippinas, & Mariannas. Bone Deus ! Quanta calumniati sunt inimici in Sanctos, & infatigabiles propagatores Ecclesiæ Dei ? Quibus libellis

H

non

non prosciderunt? Quos turbines non excitarunt?

Verum his procelsis adnata Societas, numquam animum despondit, habens in sinu suo reposicam spem firmam in Domino IESV, qui Sanctissimo Parenti Ignatio, eiusque Sociis dignatus est promittere: *Ego vobis Romae propitius ero.* Clamant, scio, Iesuitæ ex intima corde videntes tempestatem: *Domine salvanos, perimus.* At ipsis numquam perit secura illa spes innixa in Petra, & in Cathedra veritatis, in Sede Apostolica firmissime propagaculo innocentie: apud quam & si ex falsis informacionibus possit aliquando innocentia patrumquam tamen potest vinciri, detectis tandem aliquando impostorum fraudibus.

Vt hanc proximam spem in animum inducas, subiicio tibi has litteras Apostolicas Sanctissimi Domini Nostri INNOCENTII XI: ut ipsis tamquam in clarissimo speculo videas, quid sentiat caput Ecclesie de praelaris Iesuitorum habitoribus (hac ipsa tempestante, quasi diffamantur) & quid in posterum favoris sperandum sit. Iesuitis à sua Beatitudine, quando senioribus informationibus receptis, innocentias aliquando misericordia

---

INNOCENTIVS PAPA XI.

DILECTO FILIO FERDINANDO VERBIEST  
Vicario Provinciali Societatis IESV. Salutem.

**D**ilecte fili, incredibilis prope argumentum

Letitiz artus erant nobis litteræ, quibus post  
 devotas filiales tuæ erga nos observantia signifi-  
 cationes, duplex ex amplissimo isto Sinarū Reg-  
 no munus ad nos detulisti: Missale videlicet Ro-  
 manum Sinensi idiomate conscriptum, & imagi-  
 nes astronomicas Sinensi item more à te à fabrè  
 delineatas, ad conciliandum Catholicæ fidei favo-  
 rem gentis in omni disciplina liberali excutæ, &  
 ad omnem virtutē misericordie propensæ. Iucundiissi-  
 mum verè præcateris fuit ex ijsdem litteris cog-  
 nooscere, quam sapiéter, atque opportune propheta-  
 narum scientiarum usum ad Sinensium populorū  
 salutem, & ad Christianæ fidei incrementum, ut  
 lit atemque deflexeris, earum beneficio refellens  
 falsas criminationes, & calumnias, quibus nonnulli  
 in Christianum nomen invehebantur, viamque  
 tibi sternens ad eum gratiæ locum apud Sinarum  
 Regem, eiusque Consiliarios, ut solutus ipse gra-  
 vibus molestijs, quas diu magno, fortique animo  
 pertulisti, socios quoque tuos Missionarios ab  
 exilio revocaveris, & Religionē ipsam non solum  
 pristinæ libertati, dignitatique restitueris, sed etiā  
 ad metiora in dies sperāda provexeris. Nihil enim  
 est, quod Dei adiutrice gratia sperari non possit  
 te tuique similibus viris, apud gentem istam Re-  
 ligionis causam agentibus, & Rege ipso ingenio  
 tam solerti, atque animo ad Christianam pietatem  
 adèò propenso, sicuti præcateris declarant, quæ  
 aucto-

Auctoritatē, Consilioque tuō adversus Schyilmā-  
ticos, Hæreticosque manda vit: cum ē contra Ca-  
tholicos Lusitanos omnis amoris, atque humani-  
tatis significatiōne complexus sit. Reliquum est;  
ut merito, quod in commissa tibi Provincia ge-  
renda egregium haecenus comparasti, recentibus  
quotidie Religiosi Zeli, consuetzque industria  
documētis, maiorem cumulum adiungas: in quod  
opus omnia tibi à Pontificia charitate, & ab hac  
Sancta Sede polliceri debes; cum nihil antiquius  
pro Pastorali nostro munere habeamus, quam  
Christi fidem fœliciter adolescere, & propagari  
in nobilissima ista, & florentissima Orbis terra-  
rum plaga: quz quidem quamvis à nobis immen-  
so penè terrarum tractu sciuncta sit, proximam  
tamen, immò præsentem facit charitas Christi,  
guius impulsu in Populorum Sinensium æternam  
salutem solitudinis nostræ oculos, curasque cō-  
tinēter intendimus. Pijs interim laboribus, & co-  
natibus tuis, tuorūque Sociorū bene præcamur: &  
paterno, quo vos, & omnes Sinensis Regni fideles  
in Domino cōpleteamur amoris indice, A postoli-  
cam benedictionem vobis peramanter imperti-  
mur. Datum Romz die tertia Decembris anni  
millesimi sexcentesimi octogesimi primi.

L A V S D E O V I R G I N I Q V E M A R I A E  
absque labe Conceptæ.